religiosus discere poterit i dissolato ꝛ deformato mo
nasterio. An p viam salutis incedat. Prima si ꝑfuat ea
q̄ etiam a secularī hoīe sub p̄cepto seruanda sunt. q̄a
i hijs ꝑma ꝛ xp̄iana p̄cipalit̄ consistit religio sed̄a
Si seruat ꝑm que in regula ꝛ statutis suis ꝓfessus est
q̄ ꝛ vbi sub p̄cepto cadunt. quia contra hec faciendo.
eo q̄ p̄cepta sunt votū ꝓfessionis videt̄ directe cadē. ꝛ
huic contrarie est deum grauiter offendere. ꝛ qui talia
violat aiam ꝑpriam damnat. Tercia si de cōmunibus
bonis conuentus non ꝑfusis necessaria suo statui te
net ꝛ alia solum ad incertum vsum de licentia sui p̄la
ti. Alioquin ꝓprietarius esse videt̄. Fuit hec doctrina
venerabilis Humberti sup regulam beati Augustini
suo tpe. ꝛ similiter dñi Alberti qui cuꝫ esset ꝑuincialis
theutonie in p̄dicatoꝝ nostro scilicet ordine sic scribit
dicte Prouincie in epistola cuius initium instantia
ꝛ sollicitudo. Ne inquit proprietatis vitium sancte ꝓ
fessiōi paupertatis nostre possit subrepe. Solo vt nul
lus frater aliquam habeat dispensationem nummoꝝ
aut quarumcūq̄ rer̄ que ad eius consiliū siue in eius
vtilitatem voluntatem siue aliorum modo quolibet
conuertantur nisi conscio prelato suo vbi sit illa pecu
nia vel res alia ꝛ q̄liter dispensetur. Nam si quis seas

faceret ꝛ plato inscio huiusmodi res dispensaret. Aut dispensandus suo consilio seu arbitrio refuaret· eum ꝓprietariū reputarē·ꝛ tanqꝫ ꝓfessionis violatorem regulariť condemnarē. Hec Alber·Quarta regula est·si in hijs q̄bꝫ de licentia p̄lati habundat tpalibꝫ q̄ velut deo dicata censensa sunt non vt multi dissipat sꝫ proximo p̄sertim fr̄i necessitatē patienti subuenerit qꝛ ad hoc plusqꝫ secularis ꝑsona obligať religiosus q̄ multiplici iure astringiť confratri domus sue subuenire cicius qꝫ seculari extraneo ꝓximo. De quo beat⁹ Joh·dicit in sua canonica·Qui habuerit substantiā hui⁹ mūdi ꝛ viderit fr̄em suū necessitatē habere ꝛ clauserit viscera sua ab eo · qūo caritas dei manet in eo· Filioli mei nō diligam⁹ verbo neqꝫ lingua sꝫ ope ꝛ veritate. ·i·Joh·iij·Quinta regula ē si firmū hꝫ ꝓpositum resignandi tpalia sibi ad incertum v sū concessa p̄ p̄latum qū idem debite petierit ꝛ in reformatione monasterij· quando oportunitas arriserit q̄ntum sua interest·intendit cooperari fideliter ꝑ loco ꝛ tempore· Ego ićť in confessionis audientia vel modo requisitus quādo hec que ista ab initio tradit opinio a religiosa q̄unqꝫ ꝓcipio seruari ꝑsona·eam in salutis statu esse credo.si nō erro quē erroꝛē si est·patus suꝫ corrigere· Piget Quatuor mihi hic occurrūt dubia·q̄ si rationabile est ꝗso emendare velis·Primū quid de hijs sentiendum sic·q̄ adhuc in seculo sunt liberi·ꝛ p̄dicta seruare ꝓponunt ꝛ sic deformata intrant monasteria.Secundum quid de hijs qui in seculo sunt.voto tamen de religionem intrando sunt astricti·Non reperientes introitum nisi in locis deformatis·Terciū quid de hijs qui iam in deformato monasterio sūt ꝛcepti ꝛ ad loca reformata venire possent sꝫ nolūt·p̄dictas tñ.v·ꝑuātes·q̄rtū q̄d de hijs q̄ primū ꝑlati ī ꝛformatis monasterijs deinde

ibidez ꝓfessi postmodum sine necessitate aut causa ra
cionabili ad loca migrant deformata quos multi lit=
terati ⁊ graues viri vocāt semi apostatas. Juxta illud
cristi Lu. ix. Nemo mittēs manum ad aratrū. ⁊ respi
ciens retro. aptus est regno dei. ¶ Theologus. Dae
super talibus ⁊ sup similibus tatis questionib⁹ sine di
stinctione multiplici responsionem puto rem esse ma=
gni periculi. Conari etiam ad distinguendum in tali=
bus multimode. menti confusionem. grandem parere
⁊ tedio lectorem posset afficere. eo ꝙ vnica circūstan=
tia sepe valde casus variat in ꝑticularib⁹ de quib⁹ que=
ris. vni enim infinita possunt accidere. Scimus ꝓcte
rea ꝙ inter litteratos vnusquisq; in suo sensu habun
dat. Non insup memor sum quemq; ꝓceptoz meorū
ad ꝑfata dubia exꝑsse scriptis respondisse q̄obrem de
responso meo nunc supsedeo vtriq; nostrum suffitiat
qđ in loco reformata est. Si aūt quēq; alioz dubij ali
cui⁹ ꝑfati cathena constringit ꝓ absolutione sui ma=
gnum aliquem si potest querat in regno celoz id est
in ecclesia. Magnus autem est iste quez agnoscere do
cet supremus magister qui dicit Math. v. Qui autem
fecerit ⁊ docuerit hic magn⁹ vocabit̄ in regno celoz.
Qualisq̄z em̄ moralis in tali ambiguo laboraret for
mica. si qđ in se est fecerit ducē aliquem repiet sui iti=
neris aut instinctu diuino aut nutu alio ab alto. Et
tute in aliquo viuat grege.

¶ Sequitur Capitulum Quartum.

Quilitas formicaz multum est differens ab
apum policia. cum iste habeant regimē mo=
narchicū non autem ille distinguit ꝓpate=
ticoꝝ princeps in suo libro Tercio Politicoꝝ.
Qđ tres sunt species politici principatus Regnū vi=
Aristocracia ⁊ Timocratia. Regnum est monarchia

sine principatus vnius persone·quādo sz vna ꝑsona perfecta in omnib⁹ virtutib⁹ querens in omnib⁹ bonū cōmune·⁊ bonum ꝑprium singulo⁹ ꝓ principat totū re sidue multitudini hominū·Secunda species ē Aristoc/ catia.in qua plures virtuosi ꝑfecti vtute ⁊ sapientia dñantur·singulis officijs ꝓponentes virtuosos hoīes ⁊ prudentes qđ corrūpit̄ qñ regunt vicioſi hoīes et in iusti·Tercia ē Timocratia.in q̄ multitudo hoīm dña tur·q̄ sup equales in honorib⁹ cōstitui q̄rentes bonuz tam diuitū q̄z pauperum. Hec regimina licet oia sint bona·Primum tñ regimen est optimū·Terciū infimū ⁊ scōm melius vlīo·Hijs principatib⁹ corespondent ex aduerso tres corruptiones principandi. non recte dicende principatus politici·sz transgressiones eorum Primū qđ tyrannides dicit̄ ⁊ pessimum regimen.⁊ vbi rex vertit̄ in tyrannū q̄ querit vtilitatē ꝑpriam in oi/ bus non subdito⁹ vtilitatē·Scōm est minus maluz qđ olligarchia nuncupat̄.in quo pauci ⁊ vicioſi dñan tur collecti·⁊ diuitibus ⁊ pauperibus·non bonum com munitatis intendentes·sed tantū bonum suum ⁊ ami/ corum ꝑcurantes·scilicet diuitum ⁊ paupum ⁊ exinde officia talibus distribuunt· Tercium vocat̄ democra/ tia tolerabilius·in quo multi non mediocres sz dñan tur populares·Non tamen de dampnis curantes diui/ tum·sed suorum pauperum tantummodo.Primi qui tyranni sunt nullius a se bonum querunt·Secundi bo num tantū querunt suorum amicorum diuitū ⁊ pau perum·Tercij vero tantum suorum plebeorum scilicz procurant·Principatus prefatos tres israhel· dei ele/ ctus populus olym successiue habuisse videtur Primū q̄dez in terris monarchā vnicū moysen quez supmus mundialis monarchie deus misit Exo·iij·d·Veni mit tā te ad pharaonē vt educas populū meū filios israh

de egipto. Secundum ꝺ̃em quando Nume. xj. Dñs
ait moisi. Congrega mihi septuaginta viros de semo
tibus israhel quos tu nosti ꝙ seues populi sint ac ma
gistri. ⁊ auferam de spiritu tuo tradamq; eis vt susten
tent teꝰ onus populi. ⁊ non tu solus graueris. Terciꝰ
vero regimen vel q̃si idem populus Israhel sustinuit.
Judi. xvij. vbi dicit. In dieb; illis non erat rex in isra
hel. sed vnusquisq; qꝺ sibi rectuz videbat hoc faciebat
dixi autem israhel vniuersum in terra primū monar
chiam vnicū habuisse. quia ponendo moysen se de celo
non de terra esse regem israhel voluit cuius regimē vs
q; ad tempora saul durauit. vnde iratus deus israhel
regem primo desiderantí in tertís ad samuelem ozen
tem Primi Re. viij. dixit. Audi vocem populi in om
nibus que loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt. sz
me ne regnem super eos. Et ibidem. x. Samuel popu
lo ait. Vos hodie spreuistis deum vestrum qui solꝰ sal
uauit vos de vniuersis malis ⁊ tribulationib; vestris
Est itaq; apud apum gregem similitudo monarchie
seu regni in quo de grege vnꝰ ē rex ⁊ princeps. Inter
formicaꝝ vero multitudinem nullas rex habet eiusdē
speciei. Sed a natura oīa naturante deo sciliez regunt
ad fines debitos. In hac aūt conditōe quidam ⁊ pau
ci homines plebei et simplices formicis sunt similes.
qui in multis non ab humano imperio. sed reguntur
a dei mirabiliter consilio. quales in multis locis repe
ri. In illis precipue vbi rarus ⁊ preciosus est sermo dí
⁊ in locis istis vbi clerus q̃ non solum dum p̄cepta ne
cessaria. Verumetiam xp̄i consilia euangelica suade
re deberet. nec vita p̄tendit nec doctrina sibi commis
sum populuz ymo potius perfectionis vias volentes
aggredi pro viribus impedit. Si enim animarum
cōditor pauno suo instinctu speciali ī locis taliusmodi

bemuolis non ſubuenīret hoīb⁹ qui nec īformantes
hñt paſtores nec libros ſacre ſcripture valēt a ſeipſis
intelligere vt quos mūdus ⁊ pentela vt plurimuz co
nat ad malū trahere·quomō queſo in veritate ſtaret
illud xp̄i qđ ſuis cōſolatorie p̄miſit matħ vltio·Ecce
ego vobiſcū ſum oīb⁹ dieb⁹ vſq; ad cōſummatōem ſe
culi·Si p̄terea vt oēs ph̄i inquiūt ⁊ videm⁹ expien
tia pntes in omni ſpecie ſuis puidēt filijs in hijs q̄ eis
ſunt neceſſaria Pat̄ miarum ⁊ deus totius conſolatō
nis nunqđ iſta obmitteret erga ſuos filiolos Abſit hoc
nephas p̄ri piiſſimo aſcribere qđ lupine feritatī vix
attribuit̄ p̄dicando·nāq; aliqñ p loca almanie varia
q̄daz aīa⁹ paſtores eccleſiaſtici put reperī publice cō
tra fragilē ſexū vginis alme volentē ſequi veſtigia nō
verebant dicere ſine diſtinctōe q̄umq;·Melioē ⁊ vti/
lioē eſſe vaccā ſingulis annis generantē vitulos q̄ vi
tulā iuuencalā ⁊ ſterilē Per hanc ſententiā dantes ple
bi intelligere q⁹ fe⁹e generantes in mr̄imonio p̄ferēde
forent puellis manentib⁹ in ſtatu virgineo·Quales p̄
dicatores reuera in hoc malitiaz excedunt vigilancij
hereticī q̄ mr̄imonium virginitati non p̄tulit·ſz eran
do eā ſtuduit·quē velut eccleſie hoſtē ⁊ ſane doctri/
ne inimicū late beatus Jero·in ſua cōfutauit epiſtola
Parē errorem nōnulli viduis ſeminant quas inferio
res eſſe ſuo ſtatu matronis mr̄imonij affirmant· De
talib⁹ aīarum ſeductoribꝫ apte ad ſuā plebeculā caſtiſ
sim⁹ ait euangeliſta in ſua canonica prima Joħ·ij.
Filioli mei·Nouiſſima hora ē.Et ſicut audiſtis q⁹ añ
xp̄s venit nūc añxp̄i multi ſūt·⁊ cōcludit p⁹ pauca ſz
vos vnctionez habetis a ſpūſancto ⁊ noſtis omnia·et
iterum hec ſcripſi vobis de hijs qui ſeduxerunt vos Et
vos vnctionē quam accepiſtis ab eo maneat in vobis
De ſimilibus Apo·Roma.viij·ait· Quicunq; ſpū dei

agunt hij filij dei sunt. Et beatus Jacob adorare dez vt videlicz spū sapiētie quis in necessitate regat a so dicens. Si qs vr̄m indiget sapientia. postulet a deo q dat omnib affluenter Et non improperat Et dabit ei postulet aūt in fide nihil hesitans. Piget phare digneris ista exemplo. Theologus. Fuit mee iuuentutis tpe quedam in Constanciensi dyocesi in rurali villagio vltra opiduz impiale Et satis ꝓpe lindaw in terra non vinifera sed multuz virginifera. Fuit inq̄ virgo ibi adulta facie pulchra Et elegantioz moribz. In hui⁹ aspectu captus est quidaz vt ipsa mihi retulit clericus Et q̄ntuz cōmicio erat suus plebanus vir leuis moribz. Et religiosus fere nomine Qui vulnus sue mētis vltra celare nō valens venit ad laborato rū dicte virginis. honestis verbis primum se rethe demonis exhibens et tandem ad amorem sue virginis ausus est verbis dū taxat prouocare animum. Qđ illa diuino instinctu p cipiens Et mentez celibatus sic paulatim pedere intelligens si serpentis caput non cōtereret illico intacta mē te Et corpore respondit viriliter. Domine cum verbis talib domuz meam frequentetis nullatenus. Alioquī repulsam sustinebitis verecundia mediante. Cui ille Et si me diligere modo tenueris verbis monita dulcibus me amabis tibi promitto nō post modiaz opibus artata caris Erat enim vir iste suspectus incantatoz Et de maleficio. Verba hec virgo pro vento habuit. Nec se ad amorem viri sensit vllatenus protunc affectam sed deuoluto non multo tempore ymaginationes amorosas de viro isto cepit habere vel pati potius nesciens quid accideret. Sensualitas em̄ in ea velut serpens ad rōis aliquotiens pulsauit hostium Et ad amorē illicitū aperire vellet. Qđ illa pcipiens diuinitus inspirata ad matrem mie cōfugit Et dei virginez

deuotissime pro auxilio a filio impetrãdo implorauit. Statimq; honestam societatẽ requirens pegrinari cepit ad locum heremitaꝝ in pfata dyocesi· vbi ecclesia gratiosa multũ est in honore cõsecrata dei genitricis. Qua ibi inuocata cõfessa est sacramentaliter· ne in ea aliquem locum habere possit malignus spũs. sicq; ptinus ois in ea cessauit hostis supstitiosa machinatio· q̃ eam postmodum nunq; tetigit. Ibidẽ etiaz tunc informata ẽ diuinitus q̃liter se hr̃e deberet si eaz intrare contingeret matrimoniũ· q̃ informatõe tanta donata ẽ gratia virgini· vt postea a pntib⁹ virgo pura tradita nuptui cũ viro omni laude digno taz deuote vixit. q̃nte me non recolo copulam repetisse mr̃imonialem. Statim eñ postmodum impiale opidum intrauerũt a corpe a aĩo cũ honesta pauptate deo seruierunt· vbi viro vxor prudentior maritũ deo omni conatu seruire docuit· Omnium hominum leuez letitiã cũ tota domo sua vitauit filios plures sancte Indolis habere cepit vtutum spectacula. a filiam conseruauit deo deuotã vginem. Sicq; in mundi versata ẽ strepitu p dom⁹ tm modo necessarijs· vt eaz si videres dieb⁹ festiuis a quotidie in ecclesia deuotionib⁹ extaticis raptã esse credares in celũ non minus q̃ virginem aliquam deuotissimam in suo monasterio· ¶ Piget ex adiutorio supremi regis pfato huic virgini elicio documenta notabilia. Primum q̃ gratiose deus simplices se pure quertes inspirat. deinde q̃ contra maleficos mentis imocentia a sacramentalis confessio cum sanctoꝝ inuocatione multuz adiuuat·. Demũ tamen mihi videt mirabile aut terraz pdictaz sic cõmendas. Nam vidi locũ a patriam quam laudas esse virginiferam. a quã inhabitasse hanc feiaz asseris. Est aũt terra iaulta in vinetis collib⁹ a montib⁹ aspera a ad arandũ inobediẽs ꝑtie

inobediẽtissima in q̃ ad lr̃am incole non vuas nec ficus sed spinas ⁊ tribulorũ metunt fructus amarissimos. Et qđ huic est tarius nulla ibi virginum sunt monasteria nec loca religiosor̃ reformata nec beginagia ibi sunt velut in remi linea. Cũ nathanaele ergo dicẽ possum a tam sterili loco terrenorũ fructuum et spũalium hominũ pôt ne aliquid bonĩ esse. Theologus. Per ea p̃ que tu locũ vituperas. ⁊ patriaz spiritui p̃ donea esse cõmendas. Nunquid p̃ Job xxviij. eterna aũt sapientia Sapientia non reperitur in terra suauiter viuentiũ nam plato ⁊ sui discipuli loca reli querunt fructifera ⁊ p̃ sapientia acquirenda terras inhabitauere pestilẽticas. Et sicut in terra gallilee abiecta et sterili ĩ compatiõe ad alia vicina loca in nazareth Primũ in vtero ortus est nobis sol iusticie xp̃us sponsus virginũ. Ita hodie loca sterilia plus diuine inspiratiõi ⁊ celibatui q̃z fructifera deseruiũt. Igitur inde tanq̃z experto potes credere mei nulla parte alamie ceteris paribz tot castas et immaculatas virgines reperisse sicut in terra ꝑpe nũrenbergam. de qua locutus sum viuunt em̃ de labore manuũ suarum tm̃ modo in paternis domibz ut plurimũ et in textrina arte. Oppida em̃ aliq̃ ibi modica sunt que hijs tantũ habundant virginibz vt hoc anno quidam castitatis emuli eas in republica accusauerit q̃ essent in tanto numero de quali futuri maritꝰ necessarijs spoliarẽtur vxoribz. In villagijs demq̃z adiacentibz non minor est copia virginũ vbi tñ acrius impugnant. a clero dissolutissimo et a tpali dño q̃ eas in vitas plerunq̃z extra iura naturalia matrimoniali lege subicẽ nititur Et q̃z q̃z ibi sepe magna fames diuini v̄bi existat alibi tñ sicut ibi nõ reperi homines a deo immediate recte ⁊ sine erroribz inspiratos. vnde experiẽcia ptũc didici

q̄ vera sint que p̄emittuntur de diuino et superno re
gimine in quo per vnctionem dantur necessaria doc
menta humane vite·Ita vt q̄uis spirituales illi for/
mice monarcha ⁊ p̄rincipe ac doctore egeant terreno
tñ diuina inspiratione suffulte rege non carere vidē
tur supremo. Capitulum Quintum

ET si formice monarcha careant sibi mutuo
tñ tranquilliter obtemperant·Hec cōdicio
pacē ⁊ concordiā iugem in eis custodit quā
in paucissimis animalib⁹ reperim⁹· In quo etiā statui
innocentie satis appropinquant·In quo inter hoies
nulla fuisset discrepantia Si pthoplasti p̄ma dei pre
cepta seruassent·Hanc em̄ obcausam deus ait geñ·ij
Non est bonū hominē esse solum·faciamus ei adiuto
rium simile sibi Ade em̄ non inueniebat similis adiu
tor·Immisit ergo dñs soporem in adam cūq; obdor
misset tulit vnā de costis eius ⁊ repleuit carnē p ea et
edificauit dñs deus costam quam tulerat de adam in
mulierē ⁊ adduxit eā ad adam·Per que oia ut glosa
innuit pacē et concordiā innuere creator voluit ⁊ in
matrimonio q̄ necessaria foret mutua obtempantia
quā natura a deo p̄fluens tam manifeste in formica
posuit·In qua etiā docet p̄cipue qualis eē debeat sta
tus inter iunctos in matrimonio q̄ obtempās ⁊ pa
cificus de quo p̄ increatam sapientiā·Ecci·xxv.dicit̄
in tribꝰ est beneplacitū spiritui meo·que sunt ⁊ bata
coram deo et hominib⁹ concordia fratrū ⁊ amor proxi
morum ⁊ vir et mulier bene sibi cōsentientes· Piget
Reperisti ne tuo tpe talismodi copulaz matrimonij
que miraculo se sibi ⁊ pacifice conuiuerē Theolo
gus Inuenī vt reor non semel ꝫ pluries admirandā
tupendamq; castitatē a quibusdam seruari in coniugio
Et sub gradu triplici Quidam ei caste viuebant ad

modū naturalis legis Alij ad īstar.b. Nicolai vtri
usq; parentis vna vel pauca ꝺcepta sobole oratiōi de
īceps vacare ceperūt. Alij etiā ꝓ posse imitari conati
sunt Joseph celibatū ⁊ beatissime virginis. Fuerunt
em̄ meis tpibus vir quidaz et sua vxor circa ciuitatē
Nūrenbergensem Bābergenſ dyocesis psone deuote
deo ⁊ fama redolentes apud hoīes q̄ bona matrimo
nij principalia. fidē. plem. scz et sacramentū tam illi
bate ꝺseruare gestiebant vt maritus debitū cōiugale
nunq; exigeret ī coniuge nisi semel in anni spacio eo
dumtaxat tpe quo verisimile fuit plem ꝺcipi. Nec
castissima femina alio tpe reciprocā vnq; petiuit de
bitum quinymmo illico quo se ꝺcepisse sensit. illud ma
rito celibi statim īnotuit vt sic vterq; caste viuendo
creatori animaz supplicaret ꝓ fetu ꝺcepto ne sine ba
ptismo vita priuaret. Quorū oratio tam fuit efficax
vt in ple prosperarent votiue. Fuerūt p̄terea circa
pretactum locū alie tres matrimonij copule omni de
uotione plene quas noui que oēs post virginitatis
florē per matrimonij legē perditū transactis duobus
quinq; vel sex circiter annis infra quos ples genue
runt ex ꝺsensu mutuo amore castitatis et diuini obse
quij deinceps se ꝓpter regnū dei nō ferro sed religiōe
castrarunt non velut Origenes ad lr̄am sz nulli dein
ceps veneree voluptati dantes operaz. Erant aūt inē
has copulas q̄dam psone multū pauperes q̄dam me
diocres in diuicijs quedam vero habundantissime in
opulentijs sz omnes pene iuuenes psone erāt pulcre
⁊ feconde plificatiōi future et qō hijs maius ē ꝺtinue
in eadē camera licz nō in eodē lecto dormientes celiba
tum tū vidualē szuare In eadē aūt dormiebant came
ra ne alt de aliena notari valeret psona vere vel men
daciter vt sepe fieri ꝺptū ē īsepatis ꝺiugibꝫ ab eadez

camera Noui insup in eisdē partib⁹ Juuenculū ⁊ iu-
uenculā deuotiōe pcipuos q̄ a pentib⁹ traditi nuptui
pari voto sese primū clam ostrinxerūt vt in virginitate
pseuerantes nulli vnq̄ daret opam corrupti si sz tm
modo in matrimonio male osentirēt cohabitationē
castā ⁊ virgineā. Ita ei matrimonij sacramētū fusce
perunt in eodē ꝓposito iā multis annis vsq̄ ad semiū
otinuarunt ⁊ in deo fido ita pseuerabant Piget hec
que asseris haut dubiū magna dei sūt miracula que
ego nō minora reputo q̄ ꝓdigium triū puerorū cui
in ignē piecti tpe modico illesi euaserūt diuinit⁹. Hij
aūt viri parit ⁊ femine de quib⁹ affirmas die noctq̄
⁊ annis plurimis ad ignē applicate veneris dei nutu
solius illese p manserūt. Quis em̄ pice tāgere poterit
⁊ ab ea nō inquinatus abire Quis q̄so arida ⁊ ligna
fragilia igni applicauerit et ad vstionē corr nō sētiet.
Quis denq̄ scorpioni tam diuturno tpe cohabitās
torpico nō lederet wlnere. Theologus: bñ sentis q2
reuera mulier viro casto ignis ⁊ scorpio esse poterit.
a quib⁹ si deus custodierit vt p̄mittitur miraculū est ⁊
solius dei digitus. Testat illa b tūs Ambro. in li. d̄ of
fi. vbi. di. Janua dyaboli via iniquitatis scorpionis
passio nociuūq̄ genus ē feia. Cum primat stimulat
ignē accendit flāma nigero igne parit oscias pariter
habitantis ⁊ exuerit fundamēta montiū Si virus fe-
e cohabitēt viscariū nō deerit dyaboli. Piget: Sūt
ne tales modi quos p̄misistī caste viuēdi in mrimo
suadēdi diuglb⁹ An phibēdi potius: qd̄ ideo moueo
q2 prepi aliquotiēs q̄ callide sacer dotū q̄daz tales so
lent psequi Theologus: Nec passim suadēda sunt
ista idiōter plurimis. nec vbiq̄ vitāda. Supra ei au
distī. q̄ miracula nō sunt ad osequentiā trahēda. et q̄
puilegia paucorū nō faciūt legē omunē. In carne aūt

p̄ter carnē viuē angelo℞ nō hoīm est cōiter. Sūt pre
terea q̇dam ꝯstituti in mr̄ionio adeo fragiles. ⁊ horū
infinitus ē numerus quibꝫ p̄fati modi caste viuendi
sunt impossibiles et p eos attemptati laquei fierēt de
mo̅nis Talibꝫ idcirco aplūs. p̄. corīn. vij. talē tradit
generalē regulā Nolite fraudari inuicē nisi forte ex cō
sensu ad tēpus vt vacetis orōni. Et ite℞ reuertimini
in idipsum. ne temptet vos sathanas ꝓpter incōtinē
ciam vr̄a℥. Sūt aūt ꝫ raro in ꝯiugio aliq̇ virtute mu
niti ab alto carismata emulantes meliora. Spūs eñ
vbi vult spirat Si igit̄ a sapienti viro vterqꝫ cōiugū
omnibꝫ attentis circūstancijs reperit̄ añ dicte ꝯtinētie
accōmodus ⁊ p̄babilit̄ inspiratus diuinitus nō sunt
retrahendi tales a superogationis operibꝫ Sp̄m inq̇t
aplūs nolite extinguē. Et idcirco vbi p̄us imediate
subiūgit. Hoc aūt dico ꝫm indulgentiā scꝫ reddiciō℥
debiti ⁊ exactionē non ꝫm imperiū. Volo aūt oēs ho
mines esse sicut meip̄m. Sed vnusquisqꝫ ꝓpriū donū
hꝫ a deo. Alius quidē sic alius vero sic. Verū tñ est ut
dicis ꝙ hec castitas ⁊ oīs virginalis ꝯtinencia deteri
ores hēt hostes in clerico℞ numero Horū vicꝫ q̄ aut
scripturas s̄anctas ⁊ s̄ancto℞ ignorant doctrinā. aut
eorū qui veneris deseruientes voluptatibꝫ in alijs ex
malicia virtutē castitatis odiunt q̄ se turpiter suum
solemne votū spoliatos esse ꝯspiciūt Et q̄uis aucto
ritate apostolica p̄dicti tres gradus matrimonialis
ꝯtinentie satis roborati sint: Eosdē tñ breuibꝫ exēplis
naturalibꝫ ⁊ historicis declaro Prim⁹ em mod⁹ quo
nūq̄ꝫ petat̄ debitū in ꝯiugio nisi ꝯceptus p̄babilis tp̄e
naturali legis ꝯformis est qui a p̄mis ꝑntibꝫ si p̄seue
rassent in originali iusticia tentus fuisset in statu pri
meui innocencia. Eundē modū inter cunctarū bestia
rum volucrū ⁊ iumento℞ genera seruant femine que

ↄcepto fetu marē non admittūt excepta solū equa vt Albertus li·xviij·tradit in suis animalibꝫ· Secūdus etiā gradus quo vna suscepta ꝓle vel pluribus pari ꝓposito ↄtinencia in matrimonio incipit· Multa san ctorū sanctarūqꝫ hꝫ ille gradus exemplaria· Sic em̄ pn̄tes ꝑsaac vixisse vident̄ Licet iam vetuli In cuius signū sara se ↄcipe debere audiēs Angelo dixit gen̄. xviij·posqꝫ consenui ⁊ dn̄us meus vetulus est·volup tati operā dabo·Sic parētes johis·de cuius mr̄e dicit̄ Luce·j·post dies ↄceptionis sꝫ occultauit se elizabet mensibꝫ duobꝫ ex verecundia videlicet ꝓm glosaꝫ qꝛ senibꝫ operaꝫ dare amplexibꝫ dignū videbat̄ eē rubore Sicqꝫ qđ magis ꝓbat ꝓpositūꝫ multe adhuc prolifi cacionibꝫ apte fecisse legunt̄ vt beati Nycolai pn̄tes qui post vnicū fetū orationibꝫ impetratum deinceps continenter vixerūt·Sic mater sancti gadimundi Cā tualēꝯ archiepi marito monasteriū intrare persuasit ⁊ ip̄a in seculo deuotissime deo ministrauit·Pari mō beate memorie Maria de argines que multis claruit miraculis in mr̄iomio tandē a viro ⁊ a deo p̄cibus ob tinuit vt simul vitā celibem ducerent·Et teste btō Je romi.Melania romana nobilissima in anno etatis de cimotercio viro tradita cū eodē septem annis vixit ⁊ eidem viginti annis renunciauit ip̄mqꝫ virū suū ad contemptū conuertit seculi ministratrix facta omniū pauperū occident talis ecclesie que extra oīa late de scribit Vincencius in suo historiali speculo· Tercius gradus est ꝑfectissimus matrimonij quo retentat̄ vir ginalis integritas qui professores multos in vtroqꝫ sexu habuit Primo quidē xp̄i genitricē ⁊ joseph cristi nutritū·Deinde vt in vitaspatrum legitur·Eukaristi pastor ouium et maria eius coniunx que singulis no ctibus in saccis dormientes sua vita paupcula et vir

ginali·sanctoꝝ duoꝝ abbatū vitam angelo teste su perabant Pariformiter Sanctus johañes abbas vi dens ad nominationē ⁊ pñciam cuiusdaꝫ castū rusticī exisse a possesso hoīe dēmonē quem nullatenus johes expellē poterat:ruralez istū quē vndecī annis didicit nullo cōscio vxorē ꝺseruasse virginē.castimonie sue ptulit vt Cassianus tradit ī colla·abbatis nesterōis. Ita thomas brabantinus in suo li.de apibꝰ describit. Elizabeth quandaꝫ nobilē virginē cuius castitatī pa rentes inuidentes·eā nuptui cuidam tradiderūt mili cia quo per annū impolluta data est monasterio·vbi angelica consolatione ⁊ xpi appicione mirabili sepe fouebat Sancta Radegundis nupta imperatozi Lo thario ⁊ ab eodē virgo monasterio tradita·ibidē in supremo misericozdie opa pauperibus exhibuit· Et Anastasiꝰ cū theogenia vxore ⁊ virgine peplo illeso ardentes pzunas eā portasse didicit vt vtrūqꝫ vincē cius recitat vbi supza Legimusqꝫ similit sancti Hein rici impatozis cōiugē kunegundim virginē sp pmā sisse·Sicut et ipse virgo pseuerauit·licet ad simistraz infamiā ipsa sup ignitos vomeres illesa tñ ambulas set· Pigetꝫ Duo tm̄ mihi circa hec dubia declara· ⁊ quietus ad audienduz alia ꝓperabis· Primū aut se cundum modū castimonie pfers primo Cū teste quo dam qui in secundo mō vixit in matrimonio se fate retur facilius posse in antea sp castum permanere qꝫ reddere vel exigere debitū dūtaxat conceptus tēpoze Scimus aūt qꝫ difficultas auget meritū ⁊ meritū ma iozitas eminentiozem gradum constituit.Sic etiam plures facilius pzo semper abstinere volūt ab esu car nium qꝫ easdez interpolatū sine excessugule pſumant comedere.Scōm dubium qualiter se pzudens confes soz vel consiliarius erga tales personas pzoposito ca

ſũtatis in matrimonio inſpiratas gerere debeat:
Theologus:Primi noticiã noueris q in operatione aliqua ſeu omiſſione eiuſdẽ Aliqñ difficultas eſt ex ge genere ꝫ natura operis puta qz difficile in ſe et arduũ Aliqñ vero ſolũ eſt vel principaliter ex pte operãtis Prima difficultas auget meritũ Nõ ſecunda que ẽ ex vicio ſubiecti et ita eſt in exemplis añ traditis·Idcir co gradus ꝺtinencie ꝺiugalis ſtant debite·Ad ſecũdũ ſcito q ꝑmo ei opus eſt cũ ſũma diligentia naturas ꝫ condiciones ac circũſtantias ꝓſonarum ſic affectarũ ad caſtitatẽ agnoſcẽ·Deinde ſi quis talia oĩa reperit caſtitati alludentia caueat ne votũ ad id firmandum ſ añ admittat ꝓinde occaſiones incõtinentie doceat excludere·Ibi tñ ꝓuideat ne ex ſeparatione perſona ꝫ ſi fieri congruit nocturna in alia videlicet camera iacendo diuiſim de incõtinentia adulterij nullum poſſit ſiniſtrũ interuenire iudiciũ ad qđ demon multũ machinatur·Poſtremo doceat iugiter diuinũ implorandum eſſe auxiliũ·ꝫ in nulla fortitudine confidant ꝓpria memores eñ eſſe debent illud ſapientis·Sapien.viij·ꝑmo ipſi⁹ ſalomõis vt dicit gloſa·dicẽtis· Puer erã ingenioſus ꝫ fortitus ſum animã bonã·Et cum eſſem magis bonus:veni ad corpus coinquinatũ Et vt ſciui qñ aliter nõ poſſum eſſe ꝺtinens niſi deus dederit· Et hoc ipm erat ſapientie ſcire cuius eſſet hoc donum Adij dñm ꝫ deꝓcatus ſum illũ et dixi ex totis precor diis meis de⁹ patrum meorũ·Vide ſi libet reliqua de notiõe plena ibidẽ ca·ix·Magis tñ hoc vt gloſa ſub iungit paruulo ꝑ baptiſmũ habẽti corpus incoinquinatum congruere põt·Ex ꝓfatis igitur liquet iam ex emplis quõ multe diuie formice monarcha quodam modo careant ꝫ tñ in iugi pace ſibi mutuo ſancte obtemperant.

Capitulum Sextum

Capitulum Sextum·

De sua republica inest eis quedaȝ ratio cura ꝛ memoria Ratione͂ hic accipe ꝓ v̓tute esti/ matiue pote͂tie qua etia͂ irrationalia aı̄alia ꝫm auicenna͂ ex sensatis intentionib⁹ intentiones no͂ sensatas iliciunt qua͂ virtute mediante aı̄alia multa mira ꝛ industriosa ꝑficiu͂t opera nunc fetu͂ educa͂do nunc sanitate͂ ꝑditam reparando nu͂c specie͂ sua͂ aut ꝓprium indiuiduu͂ tuendo et ita de multis alijs actionibus quib⁹ humanu͂ intellectu͂ sepe in admirationeȝ conuertunt non modica͂. Est em̄ virtus hec suprema in animalib⁹ ratione carentib⁹ ꝛ diuı̄o regimini iuxta id qđ bruta sustinent ꝓximior ꝛ in minutis aı̄alibus vt in apib⁹ ꝛ formicis ad ꝓuidendu͂ sibi et suis mira/ bilior· Tales hodie esse deberent ꝯtinue principu͂ omnium ꝛ potissime p̄latoꝝ eccīe ratio cura·et memoria ut hee pote͂tie illuminate diuinitus·sibi co͂missaȝ rem publica͂ facilius possent regere. Ex quali solicitudine ꝛ ad Thessȝ·tercio ait aplu͂s. De cetero fratres orate ꝓ nobis vt ſmo dei currat et clarificetur sicut ꝛ apud vos ꝛ vt liberemur ab inportunis ꝛ malis hominib⁹ Et ꝑma Thimo·ij·Obsecro ꝑmo omnium fieri obsecraciones·postulaciones.gratiaꝝ actio͂es· ꝓ omnib⁹ hominib⁹ ꝓ regib⁹·et ꝓ omnib⁹ q̄ in sublimitate co͂stituti sunt vt quieta͂ ꝛ tranquilla͂ vitam agamus in omni pietate et castitate·Hoc em̄ bonu͂ est ꝛ acceptu͂ coraȝ deo saluatore nostro·qui omnes homı̄es vult saluos fieri et ad agnicione͂ veritatis venire ¶ Pige͂ Tales scio esse deberent nostri epi ꝛ presules· sed heu omnes quos videmus in almania deteriores sunt q̄ȝ mundani secularıu͂ ꝑncipes et quid queso de prelatis vel pastorib⁹ plebis minorib⁹ ¶ Theolog⁹:Caue ne temeratie iudices·ꝛ ne in illud terribile cristi verbum incidas quo ait·Nolite iudicare ꝛ non iudicabimini

nolite condemnare ⁊ nō cōdemnabimini In eadē em mensura qua metiemini remetietur vobis. Nunqz de multitudine fando generalē de malo ꝓferas sentēciaz Alioquin pricioſum iudiciū vix. vel euades nullate nus. Siquit em pia mater eccia in cōitatē nunqz anathema iaculat ſp pſumens in multitudine eſſe Inno centes aliquos. Ita tu ipſe facito. ni a ſupmo iudice velis condemnari. Naz in oi loco et ſtatu boni malis admixti eſſe pnt. Eſt interea certū ſatis tuū iudicium veriſimiliter eſſe pſumptuoſum. qz oēs almarie pſules nō vidiſti. Et ſi audiſti de ſingulis ⁊ de quibuſdā mala dici. Vide ne id ſapientis incidas jnnocens credit oi verbo. Aſtutus conſiderat greſſus ſuos ꝓuer. xiiij et eccleſia. xix. Qui ſcito credit leuis ē corde nec mirū ſi in talibz q̄dam deuotarij ⁊ zelotipi decipiunt ſepius qui falſo eſtimant deū eccleſiā ſuā reliquiſſe. ⁊ deſtitui tam vbiqz ſanctis paſtoribz. Audi apoſtolū ad Romanos. talia demonſtrantē querentē et rīdentē. Nunquid repulit deus populū ſuū: Abſit Nam ⁊ ego iſrahelita ſum ex ſemine abrahe de tribu benyamin. Nō repulit deus plebē ſuā quā pſciuit. An neſcitis in helya quid dicit ſcriptura videlicet. iij. Re. xix. quemadmodū intpellat deum aduerſum iſrahel dicēs ꝓphetas tuos occiderunt altaria tua ſuffoderūt ⁊ ego relictus ſum ſolus et querunt animā meam. Sed quid dicit illi diuinum reſponſum: Reliqui mihi septē milia virorz q̄ non curuauerunt genua ſua ante baal. Sic ergo ⁊ in hoc tpe reliquie ſm electionem ſalue facte ſunt. Putabat em etiam ſanctus ꝓpheta iudicio deceptus humano qñ terram iſrahel plenā vidit ydolatris ſe ſolū permanſiſſe deicolam. quia vt beatus gregorius ꝓbat ſuper Ezechielem. In principio ꝓphetarz ſpiritus non ſemp eis pſto eſt ad cognoſcendū occulta. Piget saltem

multi sunt vel quidam. De quib⁹ p̄misi vt in libro legimus experiencie Manifesta sunt ait Apostolus ad galla. v. opera carnis q̄ sunt fornicacio immundicia impudicicia luxuria p̄dolorum seruitus veneficia inimicicie contenciones emulaciones ire ire dissenciones secte inuidie homicidia ebrietates comessaciones et hijs similia qui talia agunt regnum dei nō ꝯsequent.

¶ Theologus quicquid sit de pastoribus maioribus siue minoribus non iudico. Suo em̄ dño stabit vel cadet quisq⁹ seruus. Vnum credo verū videlicet te errasse grauiter in tua sentencia. Nam de plebanis multis quorū vita nobis est notior tu non ambigo bonum sentis De epis vero per exempla pbabo ¶ Viuit em̄ venerendus pater et dñs dñs fridericus de vffasas de Francomia orientali genitus nobili ex genere qui dudum factus membambergenſ ecclesie canonicus ⁊ sacerdos ita mundi oblectamenta spreuit oia ut sua domus a minus deuotis clericis usu vocaret̄ recluſoriū vacante deinde ibidē sede cathedrali satis p̄ter multorum intentionē primariā a concanonicis electus est et credo digne in ep̄m in tali vt videtur discordia in quali olim in sūmum pontificē vt fertur electꝰ fuisse. De quo idem in metro dixisse fertur Me patrē patrū fecit discordia fratrū. Factus igitur epus de quo nobis ꝑmo mores sanctos retentauit priores quantuz statū suum decuit Nā in habitu humilis in affatu gratiosus in ꝯscientia mundus manus ꝯtra multorū inuidis partib⁹ epoꝝ morem exaussit ab oi symoniaco munere. Nullū voluit habere vt alij almanie epi suffraganeū vel sacerdotalē vsuz ptinentē nō cōsecrassz nisi prius ad terrā p̄cidens sacramētali ꝯfessiōis antidoto se expurgassz. paupib⁹ pi⁹. mediocris ditib⁹ ⁊ religioſ bonis misericordissimꝰ extitit nescio an viro isti in spūalib⁹ aliq̄d defuerit. in tpalium tñ regimīe gra

uabatur aia innocentis nimiũ Dñ accidit vt labora
ret p vitã qnatenus epatui cederet·in curia illud pe
tijt ⁊ obtinuit. sicq; mõ puisus ab eadẽ ecclesia nõ in
eadẽ sed in possessione eius vitam ducit p oia clerica-
lem·Fuit pridem in wormazensi dioceſ·tpe quo fui
junior quidam epus. Ekkardus noie lris sacris eru-
ditus mundũ tantope fugiens vt in opido laudẽbur
gensi i quo multis ãnis sederat. ut a fidedignis audie
tam ciuitꝫ paucos esse ciues qui epi psonam extra
suũ palaciũ vel extra ecclesiã infra anni spaciũ vidis
sent·Solebat ꝫ etiã vt in sua curia symonia vitaret
ordines cferre factos ⁊ minores in psona ppria. Ad
quẽ eandẽ ob causaz a cõuentu meo natiuo ⁊ a meis
patribꝫ dũ essem iuuenis missus sum p·iiij. dyoceses
vt sine macula prauitatis symoniace cfirmationis ⁊
ordinis sacramenta susciperẽ·Vixit pterea in huma
nis nup satis meo tpe sancte memorie vt dicẽ audeo
Reuerendus dñs sebastian⁹ tridentine eccie psul Qui
in minoribꝫ cstitutus in vniuersitatis wienẽſ studio
⁊ alibi oim bonoz viroz iudicio vitã sanctã tenuit.
Erat ei nobilis gnẽ lrãz studio diligẽs et speciali gra
ctemplationis diuine pditus·cuius rei cã vt iuxta pe
des xpi sedere valeret cũ maria quotidie horaz elegit
aliquã ad vacandũ ocio ctemplatiõis·Hic postẽo
se inuitissimo elect⁹ ẽ in epm dicte eccie cui⁹ electionẽ
refutauit cstantissime·sciens q eadẽ eccia ⁊ pene oẽs
eccie in theutonia a deo pesse sunt spinis·⁊ mole rez
tpaliũ et negociorz seculi·ut quidẽ eas regentes nõ si
cut olim pauratores pauperũ et aiarz pastores sz esse
videantur capitanei militũ ⁊ pauperum neglectores.
ob quã cãm cõstat antiquitus dñm albẽ. resignasse
atisponennsis ecclesie pncipatui ⁊ presulatui·Sed
dñs ille cuius historiã tractamus finaliter persuasus

a iurisperitis onus pastoralis cure seminuit⁹ accep/
tauit. Hij ei timorate ꝺscie viro dixerũt put hec et se
quencia ab abbate mulbrũnensi didici dño johanne
q̃ in seculo existẽs collega extitit ⁊ notarius dicti dñi
Ecce dñe. dicebant eccia hec quantũ lapsa sit in spũa
lib⁹ et tpalib⁹ ipe noscis. de vestra pbitate nemo am
bigit cunctis estis gratus Cõsanguineis potentib⁹ ar
matus. ⁊ electus satis cõcorditer. q̃ obrem si electionẽ
resignaueritis ecclesie cui aliũ de bonũ obligaminĩ di
lapidacionis periculo in reb⁹ et moribus exponetis ⁊
fortassis intercedentib⁹ armatis p̃cibus in sortez cedet
spurio. vel alteri apostatico clerico vnde nisi electiõi
vestre aq̃ueritis: treatũ mortalis criminis nõ poteri
tis euadẽ Hoc igit vlño velut diuino motus sigillo et
velut quodaz diuino mucrone munitus ꝺfirmationẽ
electionis ⁊ eius suscepit regimẽ. Aduolare aũt cepit
viro vt ẽ solitũ ꝺgnatoz multitudo nobiliũ. sine qui
bus mõ vt dicit non pũt regi ꝓter tyrannos cathe
dralis eccie. Cepit hec turba que ꝓm Senecã solũ pre
dam sequitur copijs se velle replere terrenis. ⁊ ex ad/
uerso hij quib⁹ obligabat in pecunijs eccia debita po
stulare. Et qz in thesauro eccie solũ erãt nemo ⁊ nihil
simulabant consanguinei epm vt redditus aliquos
eccie aut perpetuo venderet aut impignoraret saltem
Tũc primũ vir ꝺtemplacioni assuetus ꝓriã inchoa
uit miseriã deplorare. ⁊ dicẽ ꝺsãguineis spũ vt puto
ꝓphetico. vasa p̃ciosa ⁊ clenodia q̃ mee p̃sone attinẽt
Sendite ⁊ eccie dãna q̃ potestis resarcite quibus ex
hausis. me scitote nec obulũ eccie vt petistis velle ali
enare. spero aũt in patrẽ miarũ deũ qꝫ me infra anni
presentis spaciũ p vite terminũ liberabit ab hac mise
ria. dixit et factum est diuino nutu vt p̃dixit Nam in
omni quaz habuit cura dyocesis ad horam quotidie

contemplacioni studuit. Et in anni spacio diem clausit extremū. cū vite scīmonia celebri. ¶ Piget hijs motus exemplis virtutū temeritatī mee renuntio quā habui de plātis omnib⁹ theutonie. Et pie credo si tales fuissent in primitiā eccīa qñ necesse erat miraculis succurrere infidelib⁹ nō pauca p eos omnipotens deus egīsset signa et pdigia. ¶ Theologus. Recte sentis qz hodie ad eos qui p̄sunt fidelib⁹ nulla ē necessitas faciendi miracula. sed opus ē vt iuxta doctrinā p̄ncipis pastorū oues et agnos pascāt vita virtuosa p̄dicatione gratiosa. et tpali subsidio. vt eiꝰ sicut formicis sagacib⁹ insit p sua republica diuina ratio cura et memoria. Sz hijs mō relictis ad aliam ꝓprietatem pcedamus formicarum. ¶ Capitulum Septimū.

Domum simul siue ciuitatē ostruunt formice quā distinctā habitaculis diuersꝫ plantarū tegūt pticulis. In quib⁹ triplex innuit mirabilis istoꝝ animaliū operatio. Nā ciuitatē quandam sibi ostruunt habitacula varia ibi edificāt et talia tegunt ostra estū et pluuiā diuersꝫ plantaꝝ pticulis. In quib⁹ operatiōnib⁹ nullū sue speciei hūt mgr̄m. sz deū tm̄mō cuiꝰ instinctu in taliū ostructiōe simul regunt et reformatiōe Typū aūt in hijs gerunt ꝓpie eoꝝ. q̄ ad generalia p̄tinent ocilia plātoꝝ p̄cipue. Hij em̄ ciuitatē militātis eccīe suis in edificijs quantū sua int̄ est. Vbi ruinā patitur deberēt reformare hoīes diuersis mōis deo ibi obsequēdi ostruere et ab estu vicioꝝ ac agelicidijs inimicoꝝ defendere. et ptegere et sese v̄bo et exēplo hr̄e talit vt ī hijs a spū diuīo mererent̄ p̄ncipalit dirigi. Ita ei hanc ciuitatē vidit johes descendentem de celo et in eodez oriri primitus. Vidi inquit ciuitatem sanctā iheruſalē nouā descendentez de celo a deo patam sicut sponſam ornatā viro suo Sz

heu hodie res versa ē in otrariū nā pocior eiꝰ porcō
status ecclesiastici magna in pte deprimit auaricia·
superbia·⁊ vnā non incōtinentia De quibꝰ ps̄.lamē
tatur di·Deus venerūt gentes in hereditatē tuā pol-
luerūt tēplū sanctū tuū In pte vo seculariū adeo vbi
q; rupta sunt pacis federa·vt in eis illud ꝓphe locum
habeat·Effusa est otencio sup principes et errare eos
fecit in inuio et non in via·Et iterū dicit de ciuiū ma
licia atq; imprecat·Precipita dñe diuide linguas eo
rum·qm̄ vidi iniquitatē ⁊ contradictionē in ciuitate
die ac nocte·Circūdabit eā sup muros eius iniquitas
⁊ labor in medio eius et in iustīcia ⁊ nō defecit de pla
teis vsura ⁊ dolus·De religionis aūt vinea cuius ra
dices dei plantauit filius q̄ olim impleuit terrā opuit
montes vmbra eius ⁊ arbusta eius cedros dei que in
sup extendit palmites suos vsq; ad mare et vsq; ad
flumen ꝓpagines eius sic alibi dicit. Destruxisti mace
riam eius ⁊ vindemiant eā oēs qui p̄tergrediunt viā
extirauit eā aper de silua ⁊ singularis ferus depastus ē
eā. Piger·tpe nō quo ostanciēse generale celebra
bat ociliū·q̄ntū memoror de reformacione multū tra
ctabat in eodē singulor̄ statuū ciuitatis eccīe·Et leta
tus sum ptunc in hijs q̄ dicta sunt mihi ḡa in corde
dixi·In domū dñi letantes ibimus·In cuiꝰ atrijs an
tea vix stabant pedes nostri p̄ deformacionis malicia
Sed frustrati fuimus a desiderio nr̄o·Aduenit post
modū hoc pñs Basiliense ociliū qđ pene in oīm bul-
larū suarū pferebat ex ordio reformacionis titulū·re
gauimus in eodē cōcilio p ante dictū ps̄·quotidie di
uinā clemenciā vt id fieret Instituebat ob id disputa
cio specialis dicta reformatorij·et vsq; ad sex annos
iam crebro disputatum est de diuersorum statuum re
pacionibus.nec in effectu vsq; hodie quicquam vidi
mus· Scire igitur multum cupio vtrum ne de totali

reformatione eccie in membris ⁊ capite aliquā ſpm habere poſſim⁹·vt iocūde cū pheta canere poſſem⁹ In conuertendo dñs captiuitatē ſpon facti ſumus ſi cut conſolati·⁊ ſimilia Theologus·Nō omnino fruſtra celebrata fuerūt duo iſta concilia·Nā in primo in ueteratiſſimū ſciſma eccie qđ antea nullis modis meri potuit diuino regimine ablatū eſt·In altero vero crudeliſſima huſſitaꝝ pſecutio·et eoꝝ infidelitas·que nullis tractatibꝫ nec fidelium gladio ſub quo infimi corruerunt ex vtriſqꝫ partibꝫ auferi potuerūt ꝓ xpi gratiā pene totaliť auerſa ſūt aut mitigata ad min⁹ atꝫ ſopita plurimū·De totali aūt quā depingis reformacioe eccie ad pñs ⁊ ad ꝓpinqua futura tpa nullaꝫ penitus ſpem habeo tū qz voluntas bona inſubditis ꝺficit·tū qz illud ꝑlatorū malicia impedit·tū etiā qz illud electis dei q̄ pſecutoribꝫ malorꝫ phant nō expedit Exemplū de hoc accipe i arte architectonica·Da em architectū q̄ ſ tūcumqꝫ artificioſum·ſi is materia con grua lignis vel lapidibꝫ caruerit nunquā domū conſtruet·Da rurſus ligna vel lapides in materia etiam nobili.ſi domificatorē nō habueris:domo p̄ donec ⁊ habitatoribꝫ ſp carebis·Si p̄terea domus aliq̄ amicis tuis accōmoda non fuerit·et edificata fortaſſis eis obfuerit·aut eam prudens ꝺſtrueres·Hec tria cū reformacioni totali eccie applicabis.q̄ ipoſſibilis.ſit ipſe mentalibꝫ oculis videbis·Verū de reformatioe ꝑticulari in ciuitate eccleſie poſſibili in multis ſtatibꝫ et religionibꝫ nō dubito quin eaſdē dieū introduci videmus in quibuſdam monaſterijs ⁊ ꝺuentibꝫ ſz cū q̄nta difficultate nouit altiſſimus.Si ei p̄ſente generali cōcilio in baſilea i āmis ſex nec vnū quidē fragilis ſexus monaſteriū coopāte etiā ſeculari ꝺſulatu reformari potuit ꝓt quarundā inhabitanciū vitā maliuolam

ꝛ eiſdē aſtantē ſeuitiā Quid queſo ſperandū eſt ꝺ viro
rum nobiliū vel lr̄atoꝝ collegijs qui ruinas ꝛ deſor-
mitates ſuas ī ſpūalib⁹ exñtes domib⁹ nō mō armis
calibeis.ſꝫ etiā que deteriora ſunt verbalib⁹ et ligneis
pñt defendere Piget:Puto p̄latorū malitia totius
mali cā eſt in ſubditis·Si em̄ paſtores bonī eſſent ad
morū eorundē veſtigia greges venirent Theologꝰ
Parū ħ ſed nō in toto erras In grege ei pecuꝺ fortaſ
ſis ita eſt vt aſſeris ſꝫ in cetu hoīm qui libertate potiū
tur aī nō ſic verū tñ eſt vt·b·grego·docꝫ auctoritas.
Qꝺ nemo amplīꝰ nocet in dei eccīa q̄uis q̄ in digni
tate vel gradu ordinis ꝺſtituꝰ ſuis facinorib⁹ plebē
ſcandaliſat·Et dū paſtor p abrupta gradīt̄ grex ī pre
cipiciū labīt̄·Dūq̄ caput egrotat cetera membra lan
guent Nō ſic aūt in ſubditis imitationis facilitas a
virtutib⁹ p̄latorū capīt̄ ſicut viceuerſa ab eiſdē exem
pluꝫ vicij diſcīt̄·qꝛ peccare facilius eſt multitudini q̄ꝫ
bñfacē Virtus inquit phūs eſt circa difficile in nō ha
bituatis ꝛ inſuetis intellige·Et lata ē et ſpacioſa via
que ducit ad perditionē Arta vero ꝛ ſtricta que ducit
ad vitā.Primā em̄ viā egrediuntur plurimi·Secun
dam vero pauci·quia regnū celoꝝ vim patitur ꝛ vio
lenti rapiunt illud·Malā ergo ꝺſequentiā formas in
morali materia Qꝺ aūt bonī paſtoris veſtigia ſequi
ſepe abnuat populꝰ·multis exēplis nō factis tpe do
cere poſſū·Vidimus nāq̄ legatū ſedis apoſtolice car
dinalē virū omni ſanctitate preditū dñm nicolaum
ſancte crucis legatū in francia:p̄feſſione ꝛ vita ſemp
carthuſienſ ordinis p̄latum certe quaſi ordinarium
de iure communi ſupre terras legacionis ſue officio cō
miſſas.Hic quantum profecerit ī eiſdē partibus ſciūt
multi·In reformationis em̄ materia nōnulli ſibi reſi
ſtentes in faciē appellarūt Multi alij minis·Alij vero

callidis modis alijs sibi nō obediuerūt. Habuimus in germania ī annis plurimis a sūmo pontifice trāsmissum legatū dñm Julianū cardinalē. cuius vite sanctissime virtutib⁹ quantū in me nosci humana fragilitas nullū vnq̄ prelatū parē illi agnouisse puto. qui in reformatiōis sancto ope quantū prepeditus a quotiens persecutionē passus sit. omēs vidimus qui virtū istū agnouimus. Nō minus eñ curabant eius exēpla a pcepta a multis. q̄ si ea tulisset semi infamis platus alius. Scio p̄terea vnū ordinē inter mendicantiū ordines cui deus iam añ decēniū puidit de duob⁹ bonis a bñuolentissimis capitib⁹. quor vnus generalis magister est totius sui ordinis. Alius vero puincia vnā grandē habet regere. Sterq̄ zelator est reformatiōis tam validus vt se p ea a pro suo grege nō semel ad resistentes sibi seculares mortis periculis subiecerit et tñ vterq̄ modicū pfecit in subditis. Paucos eñ conuentus reformare potuerūt. quib⁹ velle adiacebat de omnib⁹. sed p̄ter inobedientē materiā pficere nequiuerunt. Piget ego in taliū plato⁹ officio magnū esse periculū puto. Et scire vellē an in statu salutis aut tanta rebellione subdito⁹ esse valerēt. Theolog⁹ Non solū istos sed pastores oēs alios in piculo cōstitutos esse docet beatus Augu. in regula. Sbi dicit ad subditos. Prelati seu p̄positi miseremini q̄ inter vos quanto in loco maiori. tanto ī piculo maiori versat. In statu tñ perditiōis nō sunt si in quantū in se est instant oportune iuxta doctrinā Apostoli Arguūt obsecrant a increpāt impatientia oī et doctrina Ne aūt peior fiat scissura. dissimulare oportet nōnunquā subditorum vitia minora. Sbi ex correptione probabiliter mala aduenirent maiora. Sicut peritus cirurgicus morbū in corpore infirmi aliquando relinquit minus nociuum. ne eundo curando deteriori et letali

winere pſtet incentiuũ Sic primus iſrael rex rebelles ſibi non dũ firmatus in regno ſpũ bono docente quẽ vicz ſaul adhuc habuit·nõ coꝛrexit·Maiozi eñ multitudine ſibi obediente·tñ quidam filij belial dixerũt ꝑmi Regũ·ꝫ Nũ ſaluare nos poterit iſte ⁊ deſpexerũt eũ·⁊ nõ attulerunt ei munera.Ille vero diſſimulabat ſe audire.Cũ eo tñ abijt ps exercitꝰ quoꝝ tetigerat deus coꝛda ibidẽ ꝑmittit Dari mõ timoꝛe rebellis vel furentis multitudinis pſertim principiũ Rex Darius potentiſſimus inuite ꝑmiſit danielem in lacũ leonum proicere·qđ ſi non feciſſet·vita regis fuiſſet in piculo nec liberatus fuiſſet daniel vt habet Danielis vltõ. Sic mathathias dei ſacerdos ⁊ paſtoꝛ iſrahelitici populi vidẽs regis anthiochi tirãnidem deforman tem templũ dei cultũ ⁊ populũ in deſerta loca ſeceſſit·quo uſqz congregata eſt ad eũ ſynagoga bonoꝝ et fortis viribus.Per quã reformauit predicta ꝑ viriby ꝑ·macha.ij·⁊ Judas machabeus ſũmus ſacerdos ⁊ poſt eũ Jonathas frater eius licz eſſent animoſiſſimi tñ alchimũ qui ꝑ bachidẽ Anthiochi capitaneũ eſt intruſus ad ſũmũ ſacerdociũ fretũ potentia ſeculi ſeuitiã et deformationẽ templi iheroſolimis et populi ꝓtantez totis miſiby diu ſuſtinere coacti fuerũt ibidẽ viij·et viij ca.Et·ij·machabeoꝝũ·ꝫ·Sicqz Onias deuotiſſimus dei ſũmus ſacerdos innumera mala ꝑ ſymonẽ ⁊ menelaum ſue gentis deformatos emulos paſſus eſt·ij· machabeoꝝ iij·⁊ ſequentiby

Capitulũ Octauũ

IN ſuis domiby vias rectas ⁊ occultas fabricant quiby ſatis occulte ſepe inhabitãt·Ecce tria moꝛalit notanda itez·Naz vias in domiby rectas fabricant q̃ ſemite dicuntur·Et methodi buiby breuit aliqs ad ẽminũ ducit·Tales ctiã faciũt

occultas ⁊ easdem sepe inhabitant per que omia viaz arripere compendij ad creatorē docet in formicis naturalib⁹ ⁊ spiritualib⁹ increata dei sapiencia. Vie igit recte itinera virtutū sunt a viciorz semita declinātes Vnde eadem sic suadet sapiēcia per Salomonem p uerbiorz quarto. Dirige semitam pedibus tuis et omnes vie tue stabilientur. Ne declines ad dextram nec ad siniſtraz. Auerte pedem tuum a malo. Vias enim que ad dextris sunt nouit dñs. Peruerse vero sunt q̄ a siniſtris sunt. Ipse autez rectos faciet cursus tuos. Itinera aūt tua in pace pducet. Vie autē recte et abscondite sunt modi diuina contemplandi ⁊ per supererogaciomis opera deo obsequendi fideliter. Quales hij arripuerunt de quib⁹ veritas ait Lu. x. Confiteor tibi pater celi ⁊ terre qz abscondisti hec a sapientib⁹ ⁊ prudentib⁹ et reuelasti ea paruulis. De quo in job iiij dicitur. Ad me dictum est verbum absconditū et q̄si furtiue suscepit auris mea venas susurrij eius Aialis aūt homo nō percipit ea que spūs dei sunt. Stultícia em illi et non pōt intelligē quia spūaliter examinat. Vias nō occultas ⁊ rectas hō tunc inhabitat. qñ supererogaciomis opera secreta contemplacione examinat ⁊ talia ope exequi p viribus discrete attemptat. Tales vias incedere deberent ꝺtemplatiue vite videlicet quidam viri religiones approbatas pfessi. ob proauirandum fructū animarz repertas. Similiter epi et q̄ ex officio habēt predicare verbum dei. quia ad tales omnes spectat pcipue ea que perfectetū ꝺtempatiōis hauserunt alijs verbo vel scripto tradere. Vñ beatus grego. in de cura pastorali iubet prelatū ⁊ p̄dicatorez preamctis esse in ꝺtemplaciōe suspensū Diget quid ergo erit vel quale dabitur iudiciū de quibusdaz religiosis. non solū dico de possessionatis. sed etiā mendi

rantib⁹ qui ab ecclesia p animab⁹ curandis dati sunt
pastorib⁹ ecclesie in subsidium et tñ in nulla vniuer/
sitate in medicinis graduati. nec aliūde apprime vel
pfunde in eadem arte eruditi passim se de medicādis
vel subleuādis egrotis corporib⁹ intromittant. viā
ɔtemplacionis qua incesserunt patres eoꝝ relinquē
tes. Qđ pinde de nostris in almania epis qui tanto
oncre castrorū ciuitatū militū ⁊ similiū tpaliū nego/
ciorum tumultib⁹ sunt cirūdati. vt respirare vix va
leant. ⁊ qui omnino spūm ɔtemplacionis ⁊ curā aīe
in se et pximis videtur penitus extinguē. Quid demū
de plebanis ⁊ plat̄is inferioribus qui ad viam vite con
templatiue. etiā si alias sine grauib⁹ peccatis sunt: ta
ntissime vel nuꝑ se ad inhabitandū ponūt quinymo
alijs talia facē phibent. Theologus. Primi certe
qui ita sunt obnoxij. transeo em nūc de duob⁹ relicꝗs
multiplici peccatī cathena se ɔstringunt. qui toxicum
mortis multis sepe ꝓpinat. Irregularitatis pena sese
sic illaqueat. anathematis ecclesiastici cām nō vitat.
patrū suoꝝ intencionē sanctam cassant. ⁊ multos di
scretos viros actiue scandalizant. Ecce quinꝗ mala
Primū inꝗ toxicū mortis multis sepe ꝓpinant ḉa dū
putant morbo prebere anthidotū. inexpertū applicant
fortassis id qđ ptunc est venenū. Mouet idcirco mū/
di phus in v. ethicorū questionez. An facilius sit esse
iustū iudicem vel bonum medicum. Hanc questionē
cū me pūte in vniuersitate colonien̄si. quotlibetari?
determinandā tradidisset anīdā magno in medicinis
doctori. Iste difficultates multas medicine artis ad
duxit ⁊ inter cetera mihi memorabile verbū ptulit.
Quō Arnoldus de noua villa olim medicoꝝ sūmus
calculasset in humano genere esse posse infirmitates di
uersas duo milia centum ⁊. xxiiij. In qua varietate

graduū id qđ vnam infirmitatē fugat aliā illico ad ducit et iuuat ⁊ qđ vnū morbū curat. aliū intoxicat. Quo audito aliēis hoībus medicinalia indiuidua lia suadere horrui. In exptis medicis minus credidi Et si exptū aliqñ extantes eos clementius iudicaui. Se cundum malū est irregularitatis ꝺsequuntur periculū Quis em̄ in tanta varietate morboꝝ nihil obmittit de contingentiby in noscendo morbū specifice ⁊ gradu aliter in videndo tempus ꝑdoneum in celo subtiliter ⁊ in eligendo medicine necessaria artificialiter. Scio quendā magnū in medicina cuiusdam vniuersitatis graduatū doctorez qui regis romanoꝝ et aliorū illu strium virorum phisicus sepe laudabiliter extitit Hic publice in sertio audebat dicē scire satis probabiliter multos se interfecisse egrotos. A quo dū scisitaretur causa. Respondit qñ inexptus practice de scolis et le bris primū veni nesciꝰ de multis q̄ me postmodū do cuit experientia vidi quō plures neci tradidi ex igno rantia quos ex intencione curare querebam. Causaz etiam anathematis isti nequaq̄ vitant ꝺa ea intenci one pia mater ecclesia audite leges et phisicam sub late excommunicationis sentencia inhibuit ad curam animaꝝ obligatis religiosꝫ et clericis ut tales sanctis studijs ⁊ sacre scripture libris quorū est in ꝑscrutabi lis ꝑm Augu. ꝑfunditus animū darēt indefessum. vt in Rubrica ne cleri vel monachi negocijs secularibꝫ se immisceant tituli ipsius pondus docet et sentencia Et ibidē sup̄ specula phibicionis supradate notam ⁊ causaz assignat Honorius in hec verba theologie in quit studiū cupimꝰ ampliari. vt dilatato sui tentorij loco funiculos suo faciat longiores. ut sic fides catho lica tucior fiat sez circūcincta muro inexpugnabili bel latoꝝ quibꝫ resistē valeat ascēdentibꝫ ex aduerso Pre

dicti insup religiosi et etiã si seculares sint clerici pr̃m suoz intencionẽ quantũ in eis est frustrant quoz ꝑn cipalis erat intencio z studiũ ꝓcipuum animaby ꝓui dere non mederi morituris corporiby quiby plerungꝫ plꝰ ad spiritũ cooperat egrotacio·ꝫ medicinalis ualeat operatio·Cũ inquit aplũs infirmoz tunc fortioz sum·Et quidam sanctoz patrũ rñdit infirmo fratri curam poscenti corporis.Rem aũt virtutiby tuis necessariã amoueri desideras·Merito aũt hij de quibus loquimur deridenꝫ a viris bonis z prudentiby quos ido scandalisant·qz ad tractandũ celestia z ad curandum spũs nobilissimos vident ex auaricia vel ex humana laude vrinas amplecti hoim et eoruz stercora·Sñ tales abusus vidẽtes hij religiosi bonꝰ·quos zelus domꝰ dñi comedit religionẽ taliũ lamentanꝫ·velut destructam iherusalẽ olym ꝑpheta·Jheremias Treuoz iiij Quõ inquit obscuratũ est aurũ mutatus est color optimus·dispsi sũt lapides sanctuarij in capite omniũ plateaz·Qui vescebanꝫ voluptuose interierũt i viis qui nutriebanꝫ in croceis amplexati sunt stercora

Capitulum Nonum

Quam mares ꝙꝫ femine in formicis ad laborẽ egrediuntur vniuerse ꝑ turmas·Docent in hoc vitare iners ociũ z desidiã·quiby fomenta vicijs ꝓstanꝫ·Labor em corporeus seu membroruũ siat exercicijs·siue in alia castigacione corporis·siue in alijs vite actiue medijs·vbi ꝙs mentis ꝺtemplacioni vel libroz studiose non dederit ꝑm cõmunẽ legẽ tam necessarius est omniby·vt sine eo nullus rite ad vitam theoricã migrare possit·Vnde dicit·be·gregoli·vj·moza·tractans illud Exo·xix·Caue inquit deꝰ ne moyses ad populũ ne ascendatis in montẽ·nec tãgatis fines israel·ois ꝙ tetigerit montẽ.morte moriet

manus non tangent eum sed lapidibꝫ opprimet̄·aut
confodietur·Jaculis siue iumentū fuerit siue hō non
viuet·Populus aūt a monte ꝓhibetur·Cū lex a deo
accipitur·ut vicz qui infirmis adhuc mentibꝫ terrena
desiderant considerare sublimia non p̄sumant·Unde
recte dicitur·Si bestia tetigerit mont̄ lapidabit̄· Be
stia etem̄ mont̄ tangit·cum mens irrationabilibꝫ de
sideriis subdita·ad contēplacionis alta se erigit· Sz
lapidibꝫ percutitur qz sūma non sustinens·ipsis super
ni ponderis ictibꝫ necatur·Qui ergo culmen perfectio/
nis apprehendere nituntur·cum contēplacionis arcē
tenere desiderant·prius se in campo operis per exerci
cium ꝓbent·vt sollicite sciant si nulla mala ꝓximis
irrogant. Si irrogata a ꝓximis equanimiter por
tant·Si abiectis bonis temporalibꝫ nequaqz mens le
tícia soluatur Si subtractis non nimio merore sauci
atur ¶Piget: put ex verbis tuis sencio triplicē com
mendas laborem. Unū qui ad modū mechanici ope/
ris exercetur manibꝫ vel pedibꝫ·Aliū quo corpus vi/
gilijs ieiunijs abstinencijs cilicijs domatur & similibꝫ
Postremo eum quo licite conuersando inter homīes
quis animū refrenat & ira qz odium amorē tristiciā
leticiam delectationez et aduersus passiones similes
Queritur igitur quis horū labor est melior ¶Theolo
logus: Quantū ex natura operis bonitatis gradū hñt
eo ordine quo audisti minoris etiā meriti eē videt ce
teris paribꝫ & minoris difficultatis primus qz secūs
& idem qz vltim⁹·Cui aūt omnes vel eorū aliqui ma
gis sunt necessarij ad ꝓfectionez acquirendaz attente
quisqz in sua legat cōsciencia·Sicut em̄ magis opor
tet pauperē ditari laboribus manuū qz philosophari
apud aristotelē. Ita apud xp̄i imitātes doctrinā pl⁹
vrget multos arte vti mechanica pro victu habēdo

q̄ opus sit ꝟm exercicīū quo corpus atteritur Ad vl
timum tñ gradū quo mediante passiones vincunt̄ ⁊
ad mediū deducunt̄ in anima ꝑ occasiones habitas
in exteriorib⁹ omis imperfectus tenetur tendere vt au
dist̄ in auctoritate beati Gregorij· quia in eisdem cō
sistunt virtutes actiue necessarie· Sine primo autē et
secundo laborandi genere quidam satis tranquilli eē
possunt ꝑ loco et tempore ⁊ iuxta dispositē comple
xionis sue vel consuetudinis acquisite naturaz ⁊ vir
tutem· Tales em̄ duo gradus non virtutes sunt sal
tem principales sed virtutes eis mediantib⁹ acquirī
possunt in edomacioē corporis ad spiritū· Qualiter
aūt assumenda sunt talia ⁊ in quāto· Vide de hoc col
lationem abbatis moy si secundam in qua Cassianus
facundissime ¶ Piget· Se
pe miratus sum· Cur in nostris partib⁹ non modo si
cut olim reperiant̄ viri qui corpus ieiunijs ⁊ abstinē
cijs aggredi audeant flagellis ⁊ duris alijs exercicijs
sicut fecisse legunt̄ sanctoz canonisatoz multi et pa
tres in egypto· ⁊ in schiti de quib⁹ vitaspatrum plene
edisserit ¶ Theologus. Quamuis modo non taz cre
bro sicut olim reperiant̄ de quib⁹ refers· tamen multi
sunt adhuc deuoti tales de quib⁹ in sequentib⁹ statim
audies· Verū prius volo noueris· q̄ ex quinq̄ vel sex
cauſ euenire potest· cur aliqui tam grauia exercicia
habere non valent ex dispositione videlicet aeris· ex
complexione corpis· ex zelo perfectionis· Ex habitu
iuuentutis· Ex fictione ypocrisis ⁊ ex specialib⁹ domis
Aer enim si in regione aliqua est multum calidus· di
gestionem vt inquiunt phisici impedit. Ad exteriora
euocat ⁊ abstinētiores facit hoīes ex ꝺsequēti ⁊ ex ad
uerso frigida regio poros cōstringit corpis· ⁊ calorē
exinde per antiparistasim augere potest in stomacho

Vnde prouenit·q; in nostris partibus frigidis viri quidam hyemali tempore plus comedūt q̄ estiuo tē pore·Non ergo mirum si in regionib⁹ calidis hoies ieunant facilius·Complexio etiam corporis aliquo tum habet·vt i natura frigidis liquet·flegmaticis vel melancolicis·cib⁹ tam modicus sumitur a quibusdā & raro adeo·vt in comparatione ad alios eis abstinē cia videatur adesse miraculosa.Patet etiā hoc in qui/ busdam feminis et in viris frigidis in tanis & serpen/ tibus.ymo in perfectis animalib⁹·vt in vrs q̄ multis mensib⁹ in hyeme nullum penitus cibum sumunt in locis siluestrib⁹ vel abditis·Zelus p̄terea a pfectiōis ad obsequendū deo acriter·ad satisfaciendum p̄ pec catis viriliter·& ad adherendū deo pacato & edomi/ to corpore plures ita stimulat vt ex amoris magni tudine excessum in exercicijs tantū faciant·qualis vi detur tepidis impossibilis.Videmus hoc apte in phi locaptis ergā feminas amore ceco & venereo ex quo quidam tota hyeme semper nudis incedunt capitib⁹ Alij vestimentis carent necessarijs·Alij hastiludijs le taliter impingunt mutuo·Alij vigilāt inhumaniter & ita de reliquis·que omnia vincit amor ceas et leui ora facit·Cur aūt xp̄i amor & caritas dilectioq̄ .q̄ vt canticorum octaua dicit· Velut mors fortis est hijs maiora non posset facere·Habitus insup iuuentutis ardua nouit efficè puta Si quis assuetus est pene a cu nabulis modicum victū et amictum habere· sicut vi demus pauperes in villagijs vestib⁹ tam contentari modicis in hyeme·vt si casdē delicate nutritus defer ret tantūmodo ob amorem dei·sanctus esse videretur Fictio etiam ypocrisis non minora nouit luere pro laude vana vel ex auaricia·Hāc ob causaz tructāti quidam et mendici·glaciali tpe·nudi sedent in miuib⁹

vt ad compassionē mouerent diuites ⁊ ad sibi subue/
niendum in pecuniis Prius em̄ certis herbis vel semi
nibus corpus fricauerunt ⁊ ligaturis artificialib⁹ san
guinem ⁊strinxerūt vel poros corpis alijs remedijs
obturauerunt. Sz ⁊ in sanctis hoīb⁹ sepe grauia exer
cicia reperiunt ex specialib⁹ domis. Sic manifestū est
⁊ fuit in beato patre nostro dñico q̄ī humo eccleſie
crebro noctes fere duxit insomnes. q̄lia exercicia fra
trib⁹ suis inhibuit nō vt eis talia non faueret sed q̄a
donū illud nouit speciale ⁊ infirmis alijs fratrib⁹ nō
esse cōicatū a deo ¶ Diger. potes ne pferre in mediū
aliquos diuina clemencia nostris dieb⁹ frigidis in q̄
bus iuxta xp̄i verbū ⁊ apostoli caritas multorū re frī
guit domis talib⁹ labor corpalium seu exercicior de
quib⁹ loquimur dotatos ¶ Theologus. possū multi
pliciter vidi in ytalia tpe quo fui junior in cōuentu
elugiēsi tpe venecias nr̄i ordinis priorē fratrē paulū
de vrbe veterī nō dico hominē sz vix hom̄ūtionē cor
pore sed gigantēū in p̄dictis exercicijs. Nam paruus
corpore statura pusillus ⁊ obesus erat tot⁹ carnibus
atq; membra eius vix herebant ossib⁹ Attamē tā ala
cer ⁊ expeditus aīo fuit ⁊ virib⁹ ut scōm in ordine nō
noueri. jeiunīū regulare q̄d durat tpe annū dimidiū
p̄soluebat integre. Carnes nō edebat etiā debilis. die
ac nocte sequebat chorū assidue. In quadragesimali
tpe pene p̄dicans quotidie ⁊ occupatus in ⁊fessionuz
audiencia assidue non dicā vino limphato sed aqua
vinata vino modicissime vtebat. q̄n non puraz rece
pit aquā pictanciā aq̄ sepius abstinebat tam curioſe
a se ꝓpinquis ⁊ distantib⁹ diuidebat fratrib⁹ ac minu
tatim occulte molebat inter manus ne notaret a cir,
cumsedentib⁹ de abstinencia. vt nisi curiosus explora
tor vix p̄simoniam posset aduertere vestitus. Dure

nocte iacebat·vigilijs multis insistebat et orationib⁹ deuotis sedulo incūbebat Nemo in choro ꝛ cantu alacrior in labore manuū nullus p cōmunitate sollicitior nec in sedandis fratrū temptationib⁹ efficacior Et ne tempus sibi transiret incassum qñ audientie confessionum.p̄dicationi·orationi·vel scripture non vacabat statim coquinā p̄sertim post prandiū intrauit ꝛ coquū ad disponendū et laborandū p futura fratrū refectione iuuabat sollicite in mūdano nūc pysa nūc olera nunc vero cooperando ad similia ꝓpriis manibus lapideo tabulatu totam ecclesiā vel refectorium quoꝝ vtrūq; non minime est latitudinis strauit ꝛ ornabat.Et qz scriptor multū artificialis extitit· chorū eadē arte libris valde notabilib⁹ omniquaq; ꝓuidit. Et non obstantib⁹ p̄dictis omnib⁹ in hijs vsq; ad annum sue etatis pseuerauit circiter octogesimum in regulari obseruancia quā tuebatur p virtutib⁹ tandē aūt pūa vita functus est· Sidi ibidem nostri ordinis in eodez conuentu patrē ꝓut ostendebat sui canicies capitis septuagenariū nunquā hyemali tpe nec die nec nocte quocūq; cooperturio vtentem in capite Nudis incedentē pedib⁹ cōtinue·Abstinentia cibi ꝓut tradit regularis obseruantiā duraz ꝛ tñ in hijs tanta prediti leticia vt alijs fratrib⁹ p̄ceteris honestū cōmunit̄ ꝓuararet solaciū licitis loco ꝛ tpe·Noui in nostra p uincia de Nūrenbergensi conuentu fratrē alium·q̄ in sui nouiciatus tpe a demone qui in doloze viri p̄no scebat temptationes sustinebat acerrime Sepissime ei ꝓponebat dando per tabulam pacis osculum in ecclesia dicē alicui sibi note puelle·fuit em̄ prius notus a multis ꝛ notus in ciuitate· Queso priorem in porta adeas·sibiq; dicas q̄ tibi matrimoniū promiserim ꝛ me postules iuridice·Sepi⁹ animo firmiter ꝓposuit

in choro existēs priori publice scapulare ⁊ cappā tra dere· ⁊ p ecclesiā recedendo statū de ordine fugere. Sz vicit in eo xpi gratia pfessus est em ⁊ in cōuentus ba silien reformatione postmodū effect⁹ parator gra cios⁹· Nā occulte vsus est exercicioz inuisis nostris temporib⁹ armis habuit ciliciū: non q̄le portāt prēs carthusie sz contextū tm ex equoz grossissimis crinib⁹ ⁊ nodis· vsus est flagello stimulis et calcarib⁹ equoz similimis· Torque ferrea cū appensis de eadē mīera campanellaz nodis grossis clam more nobiliū collo detulit lorica ferrea ⁊ alijs mris ad domandaz carnē instrumentis vtebat Crucē habebat in siropodio ma gnam ⁊ ligneā et absconditā sup qua iacuit nec vllis sub capite vtebat pluimis Nec caritatem p̄imi q̄ fer uebat in pectore huius pulch⁹ sacerdotis ⁊ iuuenis co hibuit dicta exercitatio vel parationis officiū qō in dicto cōuentu ē grauissimū· q̄n dieb⁹ festiuis circuiret p̄dicando p villaţia dei verbū· ⁊ populū informādo ɔ filijs salubrib⁹· Verū quia ingenio fuit subtilissimus Ideo est postmodū missus ī wiennā ad generale stu dium· vbi annū vite hūs ꝑe tricesimū circiter. aia sua deo grata assumpta est de corpore· Sileo de feīna recluſa que ꝑe magūciaz vsa est lorica ferrea ecce si nō fuit calibea· Idē iuuentutis sue tpe fecit johes bene dictus postmodū euisnus antistes q̄n venecijs con uentum nr̄m intrauit reformatū nr̄i ordinis· Erat ei cuiusdam de maioribus venetis filius quem patriar chatus quidam exspectabat prius eidem collatus qui pater postmodum electus est in tuisinum episcopū. Antea tamen prior fuit venecijs in conuentu sancto rum Johannis et Pauli·

Capitulum Decimum

Vias suas multū occultas ordinate obſuāt
ne ille que exeunt re intrare volentes obuiā
do prepediant · vie recte ⁊ occulte q̄ sint dictū est viij.
ꝑtietate supra Sunt em̄ modi diuina contēplandi
p superogationis opera qualia cōiter homis religioſ
ad fructū animaꝝ ordinatis apte congruūt q̄les esse
debent de p̄dicatorū et minoꝝ ordinib⁹ ⁊ sibi similib⁹
Tales em̄ ſm ordinationē ecclesie in occultis contē-
plationib⁹ hauſta intra sua loca ⁊ extra exeundo de-
bent alijs cōtemplata tradere nec se impedire mutuo
sed adiuuare potius inuicez dicti duo ordines statuti
ad eoſdē fines · verū sicut in republica formicarū ⁊ in
vijs earū nulla exiens nec intrans aliā impedit i ope
sed alia diuersa animalia ipſas ⁊ vias earū sepe mo
liuntur deſtruere ⁊ ita ad errorem eas ponūt · Sic in
reformatis conuentib⁹ dictoꝝ ordinū maiores beſtie
demones viez taliū vias ⁊ operationes congruas quā
tumcunq̄ recte ⁊ caute incedant prepedire nituntr vt
aut se ꝑturbant mutuo aut ut a reformationis cepte
reſiliant ꝓposito hac intentiōe ſathanas in exordio
taliū ordinum sepe visibiliter ⁊ sepius inuisibilr tento
ribus ⁊ temptationib⁹ i locis pacificis armis applicatiſ
infernalib⁹ satagebat turbare de quib⁹ suorū ordinū
libri multū ⁊ late notant · Sicut etiā in inchoacione
monachoꝝ vel poti⁹ in reformatiōe taliū prima de
mones viros religioſiſſimos vexauerūt plurimum li
quet in reformatorū cenobitarū p̄mitiuorū vita An
thonij ſcz Baſilij ⁊ similiū Anthonius em̄ nō p̄moꝝ
monachoꝝ religioſorū · ſz primo reformatorum pat
fuit · Quia put testat Euſebius i eccleſiaſtica hiſtoria
Certū est q̄ tpe beati Marci euangeliſte in alexādria
vbi p̄ſul extitit vtriuſq̄ sexus fideles diuiſim habita
cula velut monaſteria ꝛſtruxerūt et vitaꝝ monaſticā

in castitate pauptate ⁊ obediencia·ꝑmo in studio sacrarū litterarum sancte duxerunt Cōstat etiā beatū dꝑomisiū beati pauli apostoli discipulū epistolaꝫ ad dꝑmophilū monachū intitulasse scribēdo·Et si ex ore diri placet alcius·ostat dei filium in assumpta humanitate ꝑmum vna cū suis discipulis inchoasse mons ⁊ vitam·ad quorum instar supractactorū ordines sūt instituti ꝑmitus·Certū est em̄ ex serie euāgelica in senatu apostoloꝝ xp̄m priorꝭ Petrū supriorꝭ Judā pauratorꝭ philippū quodāmō portarij habuisse officium In eis pauptas fuit ⁊ abdicacō oim̄ rer̄ tpaliū teste petro mathei·xix·pditore dempto ibi·Ecce nos reliquimus oia Ibi castimonia fuit ob quā johamiē a nuptijs euocauit Ibi obendētia fuit ad xp̄m.Studiū ibi in xpi doctrina nocte fuit ⁊ die excellentissimū dicēte saluatore oim̄·Discite a me qꝛ mitis sum ⁊ humilis corde·predicationis etiaꝫ exercebatur officium quando misit eos binos ad p̄dicandum ante faciem suam·Possessio rerum temporalium grandis nulla·sed pauperras affuit copiosa·Hanc ob causaꝫ ut oꝑ pinor demonis malicia a principio mendicantium ordinum·qui prelibatam xpi vitam seruare debeant p̄uictis p se ⁊ p quosdaꝫ de clero sepe vexauit ⁊ hodie psequi nō cessat ad extremū plusq̄ ceteros ordies Et in locis vbi nunc ad vngwē regulas suas obꝺuant quoꝝ tñ tyrāmides·Sicut nec xpi fideꝫ nec petri nauicula ita nec religiōes istas delere potuit nec delebit deo ꝓpicio in posterum quemadmodum recolende ⁊ sancte memorie magister heinricus de hassia sacre pagine professor pulchre deducit in lectura sua super genesim ¶ Piger:constat libros iuris diuini ⁊ humani et colentibus theologiam·et factiones canonicas·qꝝ dictorum ordinum fratres in sacra p̄sertim pagina

longe amplius q̄ secularis cleri doctores laborauerūt Nam libros fere innumeros sanctus Tho. edidit et dñs Albert. non solū in diuina sz etiā in philosophica scriptura primus et pfectus postillator totius biblie Hugo cardinalis et postremus Petrus de palu de. me dijq̄ alij fuerunt plurimi. Sup sententias libū Petrus charantasia postmodū papa. Innocentius Tutandus et multa scripserunt latissime Sermōes de tpe et sanctis qui in oparatione alioz vt a viris audiui lr̄atissimis dicunt autei. scripsit et totū passionale qđ lombardica dicit de legēdis sanctoz Jacobus de voragine Johes ianuensis epus Sūmā confessoz Que summa lacius q̄so conscriptos casus theologicos pariter et juridicos cōtinet q̄ johis friburgenſ. Que sūma breuior et diffusior in eisdē q̄ bartholomei de brixia Quis denīq̄ textū quinq̄ librorz decretaliū et Sūmaz iuris primā: Nōne. Raimundus de penna fortis Sileo de oībus textibus phi quos heinricus kroſbeim de greco trā sulit De noua logica topica et sophistica eiusdez phi quā subcōpendio tradit non solū in q̄nq̄ sed multis alijs paruis tractatibus clausit Pe. hyſp. et de innumeris alijs libris et opusculis q̄ oia pfata cōposuerunt frēs pdicatorū ordinis Porro Alexand̄ de halis q̄ sūmas scripsit maximas et pfundissimas Venerabilis bonauen. Nouus Scotus Johes Richardus et alij plurimi q̄ sup sentēcias scripserūt egregie. Asmyan⁹ et johes erdforden̄ q̄ juriū sūmas et Nicolaus de lyra sup oēs biblie libros ad lr̄az quē null⁹ in hoc excessisse videt q̄ oēs minoz ordinis fuerūt quos et alios me meli⁹ ex pmere valeret q̄ dictū ordinē pfessi essent Jta de alijs ordinibus excellentes multa extiterunt. Cum igit ex dictis religionibus tot fructus pdierint eccie. et hodie in multis pūbus pdeant et multos suā regionem pfessos

ab ecclesia canonisatos habeāt ⁊ de pfatis voluminibus clerus se et populū habeat regē mirū vnde apud quosdaz odiū tale pcedat. Theologus: A demōis seuitia originaliter ex abusu iuriū cōmuniū ⁊ vtrūqz fortassis ex quorundā auaricia. postrema duo qz clerum tangūt ⁊ religiones pnunc relinquo vnū credo qp si quidaz religiosi abuterent priuilegijs: non totus ordo sed psequi deberent rei. Et certū est qp illos qui religionē suam mō seruant psequi adminus nō deberent. quos tū in suis patrijs in inchoacione ordinum scimus psecucionib⁹ amarissimis esse vexatos. Pigeat ergo de demone An adhuc tales vexet religiosos exēplo velis oīdē Theologus: manifeste pandā. Nam a relacione fidedigna didici mgrī gwidonis sacre theologie pfessoris. prioris zamberati et eius subprioris ⁊ scripto poris in assiaco puincie francie nūi ordinis reformatoris religiōe lūis ⁊ fama approbatorum. Didici inqz qp postqz idem conuentus in assiaco pterito anno reductus fuit ad reformacionis decus. Spūs malignus fratrū officinas cepit patenter inuadere fenestras fregit. Stensilia subuertit. dolia vinaria dissoluit. cordas cāpane scidit ⁊ easdē asportauit. Cimbalū qd dumtaxat de die pulsari solet ad mensā ⁊ collationē tpe pulsauit nocturno. Sicqz iquietauit solū infra triduū frēs vt quosdā fere duceret ad amēciaz. Nā de die in domib⁹ auentus iferioribus. de nocte vero habitauit in dormitorio adeo terribilit vt nullꝰ fratrū auderet solus p conuentū incedere. Quid plura vna die inuasit nouitiū in etate ꝛstitutū vite sue. ⁊ cꝛto circit āno. cuiꝰ vestes lacerauit i xij. foraminib⁹ vestigia i eis reliquēs vnguiū. qsi cuiusdā fere siluestris Alia die in vigilia viz octauarum ephie dicto apparuit nouicio in forma cuiusdā nigerrimi di. misi habituz

ordinis exueris · die tercia te interficiam · Quo viso ⁊ audito iauenis alta voce adiuuare cepit demonez in xpi nomine · Inuasit tunc demon de nouo nouiciū defendit se eidē · In q̄ lucta accurrebant fratres · ex lucta ambox in cella reperientes mensam · pulpitū · lectū et fere alia subuersa oia · Pn̄ debilitatū ad tercreandux fratres detulerūt ad ignē · Quo facto statū eū de nouo de manib⁹ fratrū eripuit in flāmas ignīū p̄iecit · ⁊ p longū tractū tpis caput eius in medio ignis detinuit Deinde nouiciū fratres magno cū labore eripiētes eū in ecclesiā ad sūmū altare detulerunt vbi iterato cum demone manib⁹ eox explodit · ⁊ per totū choz violēter traxit · et adeo pausit grauiter vt demū relictus a demone pene a cunctis fratrib⁹ diceretur esse mortuus Quā obrem oēs ad dei genitricē ⁊ ad sanctos plurimos p̄ces p defuncto ceperunt fundere · et postremo ad sanctū p̄rem nostrū dñicū recurrere · Ob cuius reuerenciā locus nouella reformatiōe decorat⁹ erat · et vbi hec petiebat a demone · Et ecce pater iste piissim⁹ suox memor operū sup altare subito i forma viri elegantissimi ⁊ in habitu ordinis apparuit · Frater vero qui credebat mortu⁹ ⁊ in fratrū quorūdaz iacuit manib⁹ vltu cepit hylarescere se ō medio fratrū erigere ⁊ versus altare ut ibi deū adoraret et sanctū dñicum cepitq; currere · demō inter hec a loco · ⁊ deinde per diuersas officinas domus tanto cū strepitu fugiendo furere · vt totius patrie malleatores adesse putares Et qō admiratiōe est dignius mox vt sacramento diuinissimo ꝺmunicat⁹ fuit frater q̄ putabat eē defunct⁹ ꝺtra inuasionē demonis tantā ei diuina virt⁹ valitu dinē tribuit ut mēbris oīb⁹ plena ⁊ pfecta restitueret sanitas · Minabat p̄tea eisdē dieb⁹ demō iste pessimus voce clamorosa se nullaten⁹ a domo ista recessurum

quā dixit se longo tpe titulo ꝓprietatis possedisse Sz scientes deo deuoti fratres demonem esse mendacez et patrē mendacij cepte reformationi p viriby operam dederunt licz in hijs z alijs vexationiby adeo grauati fuerint·vt noctes bene insomnes ducerent· nec demō iste malignari desinit·Nam postmodū alterius noui cij cappā destruxit z famulo in coquina.fratrū necessitatiby seruienti violent librū satis pulcrū in quo hore canonice continebant cepit et in ollā bulientē iecit et totaliter destruxit·Sicq tandē miser ille demō abscessit z fratres·Jam velut laboriosas formicas occultas z patentes vias per ambulare finit·

Capitulum Vndecimum

Extra domū via satis recta et aperta ambulant·vt necessaria acquirant pascua per que docent oēs viuentes collegialiter seu ciuilit̄ q extra locū sue habitacionis p necessarijs edificato rie pñt egredi·Recta ei via morū rectitudinē denotat aperta aūt est extra domū via recta·qñ iuxta xp̄i verbū sic lux nr̄a coram hoib lucet vt videant opa bona z nr̄a p q meritoria acquirim⁹ pascua virentia hereditatis eterne·Cā aūt quare extra domū ambulant ē ut pascua necessaria acquirant anima z moralit̄ itelligo vel corpo z quantūcunq ei q̄s vitā duxerit bonam z clausā tñ sepe op⁹ ē vt p victu vtriusq hois sibi vel p sibi cōmissis ex̄ domū egrediat̄ Si via recta tūc ire vere gestiat siue in via pedū fuit siue morū nō ambulent p̄sertim sine teste socio in abditis vel vbi sordes eē ꝺsueuerant cōiter velut in angulis·Alioq̄n spolij periculose q̄s cōmittit in reby honorē vel thesaurum aie concernentiby· Diger·Dic q̄so si occurrit aliq̄d miraculū nr̄o factū tpe de bono fideli q extra suā habitacionē pdeūdo p aie vel corporis necessarijs diuina gr̄a visitat⁹ sit in hoc maligno tpe Theologus:

Duplex tibi pandaz ꝓdigium de vno xpi famulo di/
uinitus ostensum in suo corporali itinere. Nam no/
stro tpe fuit vir ille dignus memoria de quo tibi in
ꝓrietate prima supra retuli qui ob amorez dei gemi
tricis ob satisfactionem pro delictis ⁊ vt deo vacaret
quietus. Nonnunqz ad peregrinandū versus aquisgra
num de Nurenberga se deuote dedit itineribꝫ. Cō
suetudo ꝑterea talis illi crebra extitit in itinere ut int
prandium et cenā ⁊ si sitigraui ꝑmeretur. nullatenus
tñ biberet. Sed delectationi tali obreuerenciaz domi
nice passionis resignaret. Hanc autē afflictionez zelo
diuini amoris assumptam qz forte nature debili noce
re poterat ita tandez miro modo temporauit diuina
clementia. Siquidem in itinere tpe illo ⁊ hora qua si
tis dei ꝓpium grauare cepit statim ore clauso quandā
humectationem rorifluam ori suo infundi sensit. quā
quia haustus refrigerantis naturaz gesat mirando de
glutire cepit ⁊ omnez sitim sibi extinxit nec hoc semel
tñ accidit. sz quotidie qñ sitis vt premittitur sanctū
virū vexare cepisset Cūqz hanc diuinam ut ꝑsumitur
recreationem plurimo tpe percepisset affuit in fausta
quedam vt ita dicam. Illi dies et hora in qua peregri
nando vt antea versus beatam virginē in aquisgra
num graui vexatus estu. siti acuta temptatus ē. affuit
etiā ꝓtunc in ipsius itineris spacio abstinentie bone
ipsi⁹ viri maiorꝭ transgressionis fomentū. Fons qui
daz amenus ⁊ frigidus quo viso pugnare cepit inglu
uies cū abstinentia q etiā deuicta ē. Naz appetitui cor
poris satisfaciēdo bibit ⁊ diuinū quē prius susceperat
haustū irrecuperabilit ꝓtunc pdidit. Diget. Scire
vellem cur deus illi suo famulo ob taz paruī si dicere
audeo excessus transgressionē talē voluit ꝺsolationem
adimē Theolog⁹. Responsū nō aliud qz ut supra

ptīma ꝑpietate dixi accipito ꝙa eodem perpenso causam queſitū tui habebis. Audi aliud eidē dei famulo impenſum beneficiū. Eſt ꝺſuetudo multum laudabilis multorū ne dicaz plebeoꝝ vtriuſqꝫ ſexus in almania Seruetiam magnatorū et nobiliū admiꝰ ſemel die naturali in hora aliqua ſūmū humano generi impenſum beneficiū xpī paſſionem meditari ⁊ rememorari. vt exinde deo grati mala mundi ferant pacientius ⁊ virtutes operentur facilius. Hunc morem poſtqꝫ dei famulus audiſſet in ſmone cōmendari plurimū cepit ipē eundem dietim ꝓſequi deuocius quo potuit. Admiracio aūt quedam magna tandē cum tetigit videlicet acerba et grandis q̄ fuerit in xpō triſticia tpe quo patiebatur in die paraſceues. qua āmiracione ſancta creſcente poſtremo oratiōes ingeminare non deſinebat ad xpī clementiā. vt ſi ſua voluntas eſſet. ſentimētim aliquod perceptibile daret. In quo per experiēciā viri ſimultatem dicte amaritudinis legeret nec fraudatus eſt a deſiderio ſuo bono. Nam die quadaz cum iuxta ſuam ꝺſuetudinē de ciuitate Nūrenberge exiret verſus capellā ſancti Leonardi ſatis ꝓpe muros dcē ciuitatis iacentē ad quā deuotorum hoīm multitudo dietim ſolet confluere Conſtituiꝰ in itineris dicti ſpacio meditabundus ⁊ ſitibundus ad obtinendum id qō iaz diu deſiderauerat in opinate tantus doloꝝ ſuo corpori ⁊ triſticia illabebat animē vt omnib deficiētibus viribus cogeret ſolotenus cadē ſeſeqꝫ putabat illico animam e corpore perdere. Verū quia iſtud diuinum munuſculū communicationis dīnice paſſionis non in habitu et permanenter. ſed ſolū dabatur in paſſiōis ⁊ tranſitus cuiuſdā mōr. Idcirco reſūptis viribꝫ reſedit et vltimo ſurrexit gracius deinceps ⁊ deuotiꝰ ꝑmo ⁊ dulcius xpī paſſionem mente reuoluendo.

Piger: Tria hic occurrunt dubia mihi enim constat quosdam terreri a xpi vita meditanda pserim vbi passionis eius fit memoria turbulentū ⁊ tristem xpm per decursum sue vite fuisse existimantes naturaliter aūt aūz trisū diu quemqz morari tedet. Primo igitur queso. An xps qui vitaz duxit perfectissimā et semp via incessit publica. An inqz martir sp fuerit qui passionem suā acerbissimā preuidit. Secundo vtrū conuersationem letam in vltu gestu ⁊ verbo crebrosius ostendit. Tercio an ne aliqñ riserit. Theologus: Ad p. dico martir fuit ut ita dicam sciencie infuse noticia sed non sensu doloris et experientia. Ab instanti ei conceptionis sue noticiaz habuit omniū futurorū in superioribz anime beate potentijs vbi verbū vidit clarissime et p infusam sciencia sed hec futura pagno scere sensualitatē non mouebant ad tristicie ⁊ doloris sentimenta nisi appropinquante passionis tempore hoc vult. S. doctor cum in iij. dist. xvij. q. vltā. dicit qđ uis mors a principio conceptionis esset preuisa nō tñ puidebatur vt imminens ideo dubitationē. idest formidinem affectus non faciebat. Sed solum qñ iā imminebat. Sic em in nobis experimur timorez vel dolorem. Scit em studens vitam iuuenis oim terribiliū finem esse mortē Ex dicto phi in iiij. ethi. et se moriturum Sz quia non eā ymaginat ut ꝓpinquā sed ut distantem: ad tristicia modicū vel nihil mouet. Mouet aūt in senfato sene esse ⁊ ꝓpinqua si sic cogitat. Ad ij. reperio qꝺ xps in facie ⁊ in omnibz artubus sui corporis pulcerrimus fuit pro maiori parte vite cōuersando cū alijs vultu hylari et iocūdo incessit ⁊ in verbis affabilitatis et eutrapelie virtutes pfecte ostēdit. Primū patet ex sacra scriptura. ex sanctoz doctria ex approbata historia. ⁊ ex rōnis id ꝺuincit industria Nā

ſm hebreos ⁊ latinos ſacre ſcripture expoſitores illud
pſ. de xpi humanitate ad literam exponitur Speciosus
forma p filijs hoim defusa eſt gra in labijs tuis. Sup
quo. b. Jhero. in epiſtola ad principiā virginē dicit.
Obſq; paſſionibꝫ crucis pulcrior vniuerſ fuit virgo
de virgine qui non ex voluntate viri ſed ex deo natꝰ
eſt niſi habuiſſet ⁊ in vultu occultaſſz lumen quoddaz
ſydereum nunq; eū apoſtoli ſtatū ſecū fuiſſent nec illi
qui ad eū cōprehendendū venerant corruiſſent Idem
ſup Math. dicit. Certe ipſe fulgor diuinitatis occulte
qui etiā in humana relucebat facie ex ipſo pmo aſpe
ctu diſcipulos ad ſe trahere poterat. Sicut magnes
lapis anulos ⁊ ſtipulas ac feſtucas ſibi copulat ō vl
tus aūt hylaritate ad lrāz tam ſm iudeos q; iuxta ca
tholicos y ſaias y ſaie xlij. de xpo ſic pdicit. Non erit
triſtis nec turbulentus. v. glo. Semp hylaris sempq;
iocūdus fuit. Et ibidē. b. Jero. dicit. Denicq; iuxta pro
phetam y ſaie nō triſtis neq; turbulētus fuit. ſz equa
litatē vultus omī tpe ꝺſeruauit. Qō in falſo phi glo
riantur de ſocrate nunq; ſz eū plus ſolito triſtem aut
letū fuiſſe. Idē ponit in glo. ſup Math. xij. Vbi xpus
prefatū textū y ſaie xlij. appropriat in multis ſibi et p/
libata verba y ſaie vicio ſcripto ⁊ obmiſſa eē denotat
vnde et ſanctus doctor ibidē ſic cōmentatur de criſto.
Non erit triſtis in corde. nec turbulentus in facie Sp
em hylaris iocunduſq; fuit. equalitatem mentis ſer/
uans. Et ſi quantum ad partem ſenſibilem fuerit pro
paſſio triſticie non quidem neceſſitatis ſed volūtatis
Vnde Mathei xxvi. Triſtis eſt anima mea vſq; ad
mortem. hinc beatus Bernardus in perſona peniten/
cium ſermone de ſancto Martino comparando criſti
benignitatem ad duriciam ſeculi ſic dicit. Dominus
ieſus libencius mecū q; ego ſecum eſſe dignatur quem

inuenio quotiens queso qui occurrit cum pannis fugienti·qui vultū letū mihi ostendit·qui meas penitentiam sicut innocentiā amplexatur·vbiq; letus.vbiq; bonus·vbiq; pius·vbiq; dulcis cum magna multitudine dulcedinis·Non facit supercilium·oculos nō oblitquat·nec retorquet faciem.nec verba resonet ampulosa·Sed occurrit reuertenti·et accurrit in amplexus flens sup collum meū·Et iubet pferri stolam primam hec Bernardus Et alia similia de filio pdigo cum suo patre adducit ꝓposito Historia ꝓterea de Abagaro rege auctenticata scriptis ꝓnonis carnotenſ·Epistola adriani ad karolū Et sentēcijs iohannis damasceni li·iiij·de ymagine gratiosissima saluatoris ab eodem lintheo impressa plibata confirmat·Rationibus eas idem conuincitur in sacro eloquio fundatis Et in morali phia·Nam ea que immediate a deo manant ꝓm Crisosto·excellunt alia sui generis vt in adam creato Et eua In vino p xpm de aqua facto Et similibus patuit Sed xpi humanitas immediate a spūsancto creata Et facta est·Insup ꝓm omnes nostre sophie ꝓfessores xps omnes virtutes habuit q̄ imperfectionē nō includunt sed affabilitas seu amicicia est vera ac specialis Et ꝓfecta virtus nullā imperfectionis notam includēs vt ꝓbat·s·tho·2·2.q.cxvj·qua affabilis q̄s est debite ꝓximo de q̄ sapiens mandat Eccī·iiij Cōgregationi pauperū affabilē te facito ymo pars est iusticie qz hō naturaliter est animal sociale ideo debet ex quadā honestate veritatis manifestationē alijs.Sicut autē hō nō posset viuere in societate sine veritate rita nec sine delectatione qz sicut phus dicit viij·ethi·Nullus pōt per diem morari cū tristi nec cum nō delectabili Ideo tenet ex debito quodaz naturali honestatis homo vt alijs hominibus delectabilit conuiuat nisi ꝓt aliquā

causam necesse sit aliqñ alios viliter contristare vt i correctõe ꝑ peccatis. Sicut apostolus .ij. Corinth. vij ꝓmis ad peccatum non hylarem vultum ostendo. Si aut Eccle. viij. Filie tibi sunt serua corpus illaꝝ ⁊ non ostendas hylarem fatiẽ ad illas Ergo ad sapientẽ ptinet vt delectatõez afferat conuersantib non lasciuiã quam virtus cauet sz honestam. ꝓm illud Psal. Ecce qz bonũ ⁊ qz iocundum habitare frẽs in vnum. Hec de tho ma. Hinc ẽ qꝺ pharisei xpi discipulos ymo magistrum calũniantib Luce. ij. dns ait. Nũquit filios sponsi potestis facere ieiunare. Dũ cũ illis est sponsus venient aũt dies cũ ablatus ab illis fuerit sponsus Je iunabunt ieiunio sz exultatiõis non afflictiõis ꝓm glo. lu. x. ait euangelista. Exultauit ihs spũ ⁊ dixit. Cõfiteor tibi pater ãe. Que Cirillus Albertus magnus ⁊ Hugo de xpi humanitate exponunt. ymo virtꝰ cutro polie q̃ quis bene scit conuertere aliqua dicta vel facta in solatium. vt in .iiij. ethi. ponit philosophus Et sanctus doctor. 2. 2. questione. clxviij. a xpo negandꝰ esse non apparet. Dicit ꝓterea Origenes. Venit traditio talis ad nos de ihu. qm̃ non solum due forme in eo fuerunt. Vna ꝓm quam omnes eum viderũt. Altera ꝓm quam transfiguratus est coram discipulis in monte. sed etiam vnicuiqz apparebat ꝓm qꝺ fuerat dignus. sicut ⁊ de mãna scriptũ est qꝺ habebat saporez ad omnem vsum conuenientem. Ita etiam hodie diuersimode a diuersis videt mentib. Vnde Cassianus col. abbatis ysaac. ij. ꝓm naturam puritatis sue vnaqqz mens in oratione seu contemplatõe sua erigit vel formal tantum sz a terrenaꝝ ac materialium rez contemplatõne discedens quantũ eum status sue ꝓuexerit puritatis fecitqz ihm hominem adhuc ⁊ carneum vel glorificatum ⁊ in maiestatis sue gloria venientem

internis obtutibꝫ minime puideri. Ad tercium dubiuȝ de risu caute loq̄ oportet ⁊ intelligere ne imꝑfectio aliqua pfectioni sũme ascribat̃. Reperio igit̃ in sacro eloquio risum tplicem. Unum virtuosũ. Aliũ deliciosuȝ. seu iocosum. Terciũ ꝑniciosum. Perniciosus est quo q̄s p ineptã leticiam ad peccatũ mortale declinat cum cõmis consensu deliberato. De quo veritas. Lu. vj. ait Ve vobis qui ridetis nunc qꝛ lugebitis ⁊ flebitis. Ubi beatus Basilius Supfluus risus ẽ imoderantie signuȝ ⁊ effrenis aĩe motus. vbi etiã dñs peccato ve addidit ſm doctorẽ cõmuneȝ doctrinam criminale peccatũ adesse xp̄s innuit. De quo pu. ij. dicit̃. Letant̃ cũ malefecerint ⁊ exultant in rebꝫ pessimis. Delitiosũ voco q̄ ad tales consensus metas nõ ꝑuenit. sȝ ex inordinata animi leticia pcedit. Sicut de risu Sare legimꝰ gene. xviij q̄ audito concepto ex senibꝫ disceptando de dei oraculo vt glo. di. risit. Quam ob rem ecce ab angelo correpta fuit qꝛ fidem nondum de eius verbis habuit. vnde ⁊ beatus Augu. ibidẽ dicit in glo. ꝙ risus fuit dubitationis non admirationis solum. q̄le peccatũ forte beatus Augu. ridendo cõmisit. qñ poma q̄daȝ iuuenis existens subtraxit alijs. De quo li. confessionũ dicit. Risꝰ erat quasi titillato corde ꝙ eos fallebamꝰ q̄ hoc a nobis fieri nõ putabant ⁊ vehementer nolebant. Nemo aũt solus facile ridet. nisi cũ aliquid nimis ridiculum sensibꝫ occurrit aĩo. Vel saltem risus ꝑniciosus hic fuit. De quibꝫ duobꝫ risibus Sen. li. de. iiij. virtutibus dicit. Repꝛhensibilis est risus si est immoderatus. Si pueriliter effusus si muliebriter factus. Odibileȝ quoqꝫ facit hominem risus aut supbus ⁊ clarus. aut malignꝰ. aut furtiuꝰ. aut malis alienis euocatꝰ. De scd̃o risu di. b. Basiliꝰ in regula Incontinentie signũ est inordinatis ⁊ incõpositis moribꝫ agere in risu cũ v tiqꝫ subridẽ

do tm̄ modo leticiaz oportz indicari. In deco z est em̄ trepitatē cū sonitu eleuare risum. qđ p continentiā mē bis accidere solet etiā inuitis q̄s grauitatē z ostantiā aie emollire ac resoluere solz q̄ risus q̄ alienus esse de beat a religioꝭ ostendit exemplum in vitaspatz vbi dicit patribꝫ in caritate manducantibꝫ risit vnus ad mensam quem videns abbas Johannes amare fleuit di. Quid putas frater iste habet in corde q̄ risit cū magis flere deberet. qz caritatē mādducat. Virtuosus aūt risus est quē Sen̄. vbi sup̄ sic scribit fiendum. Non inquit sit risus tuꝰ saurilis sz grata vrbanitas. Sales tui sine dēte sint ioci sine vilitate. Risus sine cachino vox sine clamore. Talez leticiā vel vt baſ. ait sub risū fuisse affirmat beatus Bernh̄. in sancto Malachia epō. Quid ait non edificas in eius in censu. aspectu. habitu vultu. Demiq̄ vultꝰ hylaritatē non fuscitauit meroz leuigauit risus. Totuz in eo disciplinatū totū insigne virtutis pfectionis forma p oīa serioſus sed non austerus Remissus interdum dissolutus aūt nunq̄ negligens nihil. z si p tpe multa dissimulans Talez se fuisse testat. b. Job tpe pspitatis job. xxix. Si q̄n ridebaz ad eos sz cum quibꝫ conuersabar non credebant z luz vultus mei nō cadebat in terrā. Sup quo .s. doctor. d. Hoc oñdit q̄ erat in conuersatōe moderatus nec em̄ dissoluebat ad eos in gaudio. Vnde di. Si q̄n ridebaz ad eos sz aliqua signa leticie oñdens: non credebant sz me esse risibilem. Et similit etiā non erat p trīstitiā depssus. vnde subdit. Et luz vultus mei nō cadit. Solent em̄ hoīes meroze depssi oculos dimissos ad terraz habere. Et dñs Alber. sup eadē dicit. Si quando ridebam ait qz ad eos exhibens hylaritatē q̄ aliq̄n faciendum est. Sñ Eccle. iiij. Noli esse sicut leo in domo tua euertens domesticos tuos non credebant sz q̄ risꝰ vt

tísus essz. sz qꝫ esset hylaritas benígnitatis magna ma
turitate modesta níhil habens ínepcie ſm illud· Eccl·
ij·Risum reputaui erorem ⁊ gaudio dixi q̄d frustra
decipis·Et hoc explanat idē subdens·Lux vultus meí
in hylaritate signíficata non cadebat in terrā· hoc est
in conualcationez. sicut lux eoꝛ q̄ ínepcas hūt letitias
⁊ dissolutas·De quib⁹ dicit Sapien·xiij·Dum letantū
insanunt·Virtuosum hunc tísum Abraham habuit·
De quo Gene·xvij·dicit·Cecidit Abraham in faciem
⁊ rísit Dicens in corde suo putes ne centenario nasce/
tur filius ⁊ sara nonagenaria piet·Sup quo glo·Ga/
uisus est. vnde ysaac tísus vocat·Sequens aūt a plau
dendo dixit non disceptando·Et vbi Augu·ca·xviij·
Hic tísus admirationis fuit non dubitationis·vñ ab
angelo non hic·sed sare tísus reprehensus est Ad terciū
igit q̄situm tuū ex tercio tísu virtuoso recipe poteris·
q̄ p quanto pfectionem importat a xp̄o non est negā
dus·sed qz plus pdest aduersa qꝫ pspera fortuna·teste
Sen·⁊ teste pphēta a latere simístro aduersitatis sz ca
dunt tm̄ mille vbi decem mlia cadūt a dextris pspe/
ritatis.Cristus pauptatem elegit ⁊ pnie opa flenísseqꝫ
legit nō quin p̄fata sanctoꝝ dicta de eo locū oīno ha/
beant vt p̄mittit. Digest:Contentus sto.Et put ex
supioribus conicio·tes magni pfectus est ⁊ virtutum
materia sepe ⁊ multū meritoriū dominicam meditari
passionem·⁊ tñ nōnulli l'atoꝝ repiunt q̄ contrarium
huius suadent aut ad illā quam laudas meditationē
nec exclamatoríjs nec puatis ꝓmoníbus fideles xp̄i tra/
here mínunt. Theologꝫ:Impfectum mcū fatez ve
rius p̄sumptionem ⁊ stultitiā·dieb⁹ em̄ alicuib⁹ ⁊ tpi
bus meditationes tales non magnipendi apud me et
alios vt debui.sz cristi verboꝝ inmemoz ⁊ sanctoꝝ
auctoritatib⁹ obmisi in me ⁊ in pximo de quo doleo·

doctus sum etiam cum confusione mea tacitus q̄ merito multū dolere ⁊ de neglectis debere-qz reuera a generosis ⁊ a simplicib⁹.a doctis·⁊ a secularib⁹·ab opidanis·⁊ a ruralib⁹·ab hijs inq̄ quos omnes infallar sūmam exptus sum deuotōez acquisisse in xp̄i passiōe dicendi·q̄ fructuosū illud sit memoria reuoluere qđ xp̄s fieri mandauit·apostol⁹ docuit ⁊ sanctoz auctoritas autenticauit·Hec inq̄t quotienscunq̄ feceritis vicz cōsecrando vel sumendo sacramentū dñicum.in mei memoriā facietis vt ecclesia in misse habet officio·⁊ a cristo sumptū est·Sñ·j.Coz·ij·Apostolus dicit post eukaristie primā traditōez xp̄m dixisse apostolis Hoc facite quotienscunq̄ bibetis·in meam cōmemorationez quotienscunq̄ em manducabitis panē hunc ⁊ calicez bibetis mortē dñi annūciabitis donec veniat·In eiusdem etiā laudē ita di·s·tho·in.iiij.di·vij·q.j·arti.iij·cōfessionis fidei xp̄iane tota sūma cōsistit in passiōe xp̄i·Sñ Ap⁹·j·Coz·ij·Nō iudicaui me aliquid scire inter vos nisi ihm xp̄m ⁊ hunc crucifixū·Cui⁹ articuli cōfessio maiorē habz difficultatē.qz sicut dicit in eadē epla j·ca.Nos p̄dicam⁹ xp̄m crucifixū iudeis q̄dez scandalum gentib⁹ aūt stultitiā.Hec tho·Preterea ibidē in·ij scde·q·lxxxiij·vbi tractat de deuotōe cōcludēs q̄ tria ad deuotōez causanda sunt accōmodo·Vicz dei gratuitū donum Consideratio p̄cioz defectuū Et contēplatio siue meditatio de diuinis sic cōtra vlūam causaz arguit·Si cōtēplatio essz p̄cia ⁊ p se causa deuotionis·oporteret q̄ ea q̄ sunt altioris contēplatōis magis deuotōez excitarent·Hui⁹ aūt contrariū apparet frequent em maior deuotio excitat ex consideratōe passionis xp̄i ⁊ alijs misterijs hūanitatis ipsius q̄ ex consideratōe diuine magnitudinis Respōdet ea que sunt diuinitatis sunt p̄m se maxime excitatiua dilectio/

nem ⁊ p consequens deuotōez·qz deus est sup oīa dilī gend⁹·sed ex debilitate mentis hūane ē q̄ sicut indigz manuduci ad cognitōez diuinoz·Ita etiā ad dilectio nem p aliq̄ sensibilia nobis magis nota·Int̄ q̄ pcipue ē hūanitas xp̄i ꝺm q̄ in p̄fatōe ꝺz·Vt dū visibilit deum cognoscim⁹ p hunc in inuisibiliū amorem rapiamur·Et ideo ea q̄ ptinent ad xp̄i hūanitatē p moduz cuiusdaz manuductionis maxime deuotōem excitant· cū tñ deuotio p̄ncipaliť circa ea q̄ sunt diuinitatis cōsistat·Hinc venerabilis Beda sup illud math̄.xvj·Tu es xp̄s filiꝰ dei viui sic dicit·Si apostolo Paulo satis ē nihil scire nisi ih̄m xp̄m ⁊ hūc crucifixū· Qđ āplius mihi desiderandū ē scire q̄z xp̄m·In vno em̄ hoc noīe ⁊ diuinitatis ⁊ incarnatōis ⁊ fidei est passionis·Complexus est itaq̄ oīa q̄ ⁊ natura ⁊ nomen exp̄ssit in cuo sūma vtutum est·Ꝺz quo p telaboz longinus finis fidi mee xp̄s est finis fidei mee filius dei est In cuo scz ingrediendo ⁊ egrediēdo moralis formica pascua inuenict.

Capitulum·xij·

In mone apum sibi formice cibuz faciunt· scz a deo ⁊ a natura cibos donatos recondūt In p̄mis contemplatiuoz.In scdis vero ēfectio ⁊ labor actiuoz dūť intelligi· Panis ei iste de quo dicitū lu·xiiij.beatus q̄ manducat panē in regno celorum a quibusdaz sollicitudie q̄si p̄pria ⁊ labore acquiriť vt a doctoribz sanctis ⁊ p̄latis prudētibz q̄ conatu sibi a natura indito·nō tñ sine dei insuflante gr̄a opibz bonis insistunt· De q̄li cibo Eccle·xiiij·ꝺz· Ante tuū obitū opare iustitiā·qm̄ non est apud inferos repire cibū·A quibusdam vero incipientibz ⁊ imperfectis mentis recreatio cū labore modico plus repiť· q̄z fatigā ppararet·De eode ⁊ priori p̄ū·xiij·ꝺz·Multi cibi in nonalibz patrum ⁊ alij congregant obscz iudicio·Est em̄ vt tactum est supra circa finē primi capi·

xxiiij. mentez consolans gr̃a dei seruis collata in via· vna gratũ faciens q̃ a ꝯbusdaz in modico vel ī nullo aliqñ ꝓcipiť sensibiliť. Alia est gratia gratis data in q̃ diuina dulcedo sensibiliť acquiriť· dei soliꝰ munere si/ ne merito p̃uio Primã pocientes sine scḋa sepe sub v/ tutum ⁊ temptatõnum statu laborant grauiť· sz mera/ torie plurimũ siut xp̃i apostoli ablato sponso luxisse repiunť· Scḋi vero impugnatõibꝫ non ↄssantť ꝓtunc grauibꝫ· sz cũ gaudio diuine cõsolatõis minus merentť ceteris ꝓibꝫ velut saluatoris discipuli· q̃ in p̃ntia spõsi lugere nequibant· Pigetꝫda peto exemplũ de scḋis· de ꝑmis cm̃ ẽ cõmune Theologus· Noui aliqñ mili tem Boarum noie genetosum multũ ⁊ etiaz apud se/ culum prudentẽ viz in herbipolensi dyocesi· q̃ modo satis familiaris fuit ⁊ notꝰ· ⁊ ã sequunť vt sibi cõsule/ ret patefecit· Cũ cm̃ aliqñ fuisset iuuenis cũ filijs ꝓcerũ satis male im q̃busdaz educatꝰ ẽ· nõ verbũ dei sz fistu/ latores audiẽ cõsueuit prudentũ ⁊ grauium virorz socie tas fugit· ⁊ verba blasphemiam dei notantia vix aut nullatenus in ore continere potuit· Venit interea tẽ/ pus quo ꝓ acquirenda milicia ire debuit ad terrã quã dei filius suis cruore ⁊ pdibꝫ consecrauit· Vbi cũ alijs ꝑegrinis ꝓ loca varia in q̃bꝫ xp̃s passus est· deductus ẽ ⁊ ab alto tunc ꝓ dei gr̃am visitari cepit· Nam q̃sdam oro̅nes crebro ob dei reuerentiã dicere ꝓposuit· ⁊ mi les effectus in terrã ꝓriam rediit· Vbi im viz alteruz est mutatus· Ex p̃dicationuz em̃ audicõe discere cepit q̃ longe deuiasset a deo ⁊ an militando antea in diu/ sis gwerris ꝓximis nociss im mundo· Confessionẽ sa cramentalem oim facinoz suoz fecit ⁊ ꝓ loco ⁊ tpe le sis ꝑm prudentũ consilio satisfecit. Deinde non modo vt antea semel· sz bis in anni spacio eukaristie sacra/ mẽtum suscepit· Quo facto in scḋa cõmunicatõe etiã

e ꝛ·

deglutita iam sacrata hostia·quendam insolitū pcepit sapozez dulcē ꝙdem ⁊ put coniecturare potuit similez habentē odozem panis frumēti nouit ⁊ optime depisti Sed cū de hoc miseriaret ⁊ cogitaret cibo sumpto materiali·talez sapozem ⁊ odozem debere recedere Illud non statū euenit·sz longo tpis tractu postea continuauit pfata pceptio ꝙ tamen postremo desijt·Cepit interea sequenti āno trina vice eukaristiā sumere. In festiuitatibz vicz maioribz ⁊ in qualibz cōmunōe se sapoz ⁊ odoz pdicti augmentauerunt in pceptibilitate ⁊ in continuatōe quousqz deuenerūt ad tantū suauitatem·ꝙ nulli rei dulci ⁊ suaui ea cōpare poterat·verberatus est interim dei iām miles in sua conscientia Sñ hec sentimenta puenirent·An ne a dei munere vel ab hostis antiq̄ versutia in vitijs eñ se habituatū esse sciuit licz contritum iam se esse crederet de peccatis ꝙ oīa aīo reliquit. Vnde testimonium cōscientie se hīe non vidit de tam insolita pcepta dulcedine ꝙ a deo essz·E diuerso vero opationem demonis adeo a ppinquare eukaristie effectui vix aīo concepit·Cumqz diu in hac nutaret ambiguitate·Euenit deo disponente tempus quo ꝑmonem a quodā līrato audiuit distinguente inter virtuosam dulcedinez ꝙ aliqñ non sentiī in gustusz pcipiī solum in vicioz quam facit fuga ⁊ inter sensibilem dulcedinem ꝙ pceptibiliter aīm iocundat non nūqz ⁊ corpus ꝙ dotantī ⁊ cibantī ideo aliqñ debiles et infirmi a xp̄o ne a ceptis desistant sanctis pnīe opib. Quo audito miles se esse de sedo genere hoīm cōiecit· ⁊ deinceps actioribz vtutum opib opam dedit. Pri? eñ a multis quesiuerat secreto prudentib quid de sentimento pdicto tenere deberet·sed tm̄modo vt tactum est vito plene rsponsum fuit in pdicatōe publica Noui pterea q̄ndam aliam virginez Adelhey dmi nomīe

que in loco villagij valde rusticano non longe ab ꝓ̄ß nensi opido Constañ dyoceſis·nata fuit ⁊ diuinꝰ vocata a primo iuuentutis flore·Nam septēnis puꝑ pascens pecora a coetaneis solo tamen nutu nōnunqꝫ ꝓcabat amatoribꝫ vt in illa etate ab insolentibꝫ puris de longinquo solet fieri·Sed illa statim vt dolū affuturum sensit.ad orationis fugit tutamen flectēdo genua ⁊ manus ad suū sponsum quē elegerat leuādo· Sicqꝫ temptato ꝫ fugit omniqꝫ ad malum machinatō.vemendo ꝓinde ad ānos nubiles magnā dulcedinē in diuino obsequio in orōibꝫ sensit·⁊ prinatis meditatōibus.q̄ sibi exercitia deuota corꝑis quo ad deū ⁊ laborem in domo ⁊ in agris adeo fecerat leuia vt opa perficeret in ꝓportionata femine viribꝫ.Nā ꝑ totaꝫ q̄dragesimam stricte ieiunabat pisces ⁊ oleum nūqꝫ ⁊ mimme butiꝫ gustabat interim in agris sulcos q̄ a vomere līq̄bant̄ post aratꝫ instrumento ferreo diuidebat· in quo maximus cōsistit labor·Et si q̄dꝫ terra ibi aulturetam inꝑdonea erat vt aratꝫ seminibꝫ sufficienter non ꝑpararet.nisi ꝑsulcet̄ terra iteratis vicibꝫ vomere ⁊ nihil postremo sulci diuidant̄·quoꝫ tñ ptes adhuc velut glutem sibi coherent mutuo·Tpe hyemali qñq̄do oia congelant̄ strictissime post diurnos laborꝫ durissimos virgo ad horam ⁊ vltra sepe tam diu corꝑa lectulo orabat·quousqꝫ plante pedum antea in stabulo vel apud pecora madefacte in calceis eisdem congelate adherer̄et·tam valide vt solute a calceis autez virginis excoriarent sepius·Que omnia sibi facilia reddebat diuina quam tunc sensit consolatio in suis meditatiōibꝫ Tandem vero circa annū suum·xxiiii ciuitatem ysni intrauit vna cum tribꝫ sororibꝫ quas conseruabat in castitate virgines ⁊ ibidē tantaꝫ aggregauit virginum aliarum multitudinez vt in opido ꝓpemo

dico. l. virgines essent in medio seculi deuotissime do
seruientes. cum ꝓposito ita ꝙ seuerandi. Eaꝝ mat
effecta est. ⁊ demum feliciter ꝓpe ānum. xl. vitam hanc
resignauit morituram. ¶ Piget. Cur ꝓ hunc librum
iam multa videris dei seruorum dixisse miracula. Nū
quit naturales ⁊ phi eisq; experimentatores similes ali
qua mira sciunt facere miraculoꝝ typum gerentia.
¶ Theologus. Sciunt quidem ⁊ multi talib⁹ abutūt.
aut ad curiositatis. aut ad auaritie vitiū. licz sint me
re naturalia. vt de albo lapide qui áimast dr. De quo
sic dicit dñs Albert. li. suo de causis ꝓprietatū elemen
tarium li. j. tractatu ⁊ ca. x. Qđ inquit mirabile ē et la
pis quidam albus cuius nomen est áimast ꝙ attrahit
ignem ex magna longitudine ⁊ sequit eū ignis ⁊ inflā
mat in ipso ⁊ fatuunt cū illo deceptores sacerdotes lam
pades ad aras quas ꝓ se ipsas dicunt accendi. ⁊ sic de
ludunt populū simplicem. Sequit aūt ignis áimast
album vbicūq; oppositus fuerit ei siue supius siue infe
rius siue a dextris siue a simistris ⁊ hoc ꝓcerto est quia
lapis ille spirat quasi spm sulphuris quo spū sic ignis
ad locū attrahit. nec tm attrahit sz etiam mouet ignis
ad ipsum siue ad rem in q̄ est locus eius naturalis. sed
